

53
C




Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

12
23
A
5
53.5.49.

53
6

53.
C







NICOLAI
TAURELLI

IN INCLYTA NORIM-
BERGENSIUM ACADEMIA
PHYSICÆ ET MEDICINÆ
professoris acutissimi.

ΚΟΣΜΟΛΟΓΙΑ.

Hoc est

Physicarum & Metaphysicarum
Discussionum:

DE

MUNDO.

LIBRI II.

ADVERSUS FRANCISCVM

Piccolomineum philosophum celeberrimum, aliosq; Peripateticos.

Ex Legato  M.ⁿⁱ Cocini

AMBERGÆ

Excudebat Johannes Schönfeld.

Sumptibus & impensis Joh. Theod. Clauis

M. DC. I. I.



1000

1000



MAGNIFICO ET NO-
BILISSIMO VIRO:

D.

GEORGIO ERNE-
STO FUCHS:

DE BIMBACH: IN BURG-
PREPPACH, BISCHOFFS-
heim, Eltman, &c. domino meo
& patrono observando:

S. P. D.



Q UANTA mihi ad-
huc est ejus hu-
manitatis, & be-
nevolentię recor-
datio: Nobilissi-
me, & eruditissi-
me vir: quā me
nuper meosq; collegas aliquot ex-
cepisti. Quando non modo ex opi-
paro convivio cibus affluente variis,
& suavibus, & salubribus, vinoq; ge

(:) 2



P R Æ F A T I O

neroso nostri gratiâ huc advectis: verumeriam ex jucundis, doctisque tuis colloquiis magnam cepim⁹ voluptatem. In primis vero præclarû mihi placuit excultæ mentis acumen: cum de rebus sacris egregiè differeres. Quarum aliâs apud nobiles rara est adeò exquisita peritia. Juris namq; studi⁹ pleriq; omnes operam dare malunt: vel exercitiis se-
 liè assuefaciunt militaribus. Quorum ego tamen nequaquam improbo propositum. Quare cum per horas aliquot multam in noctem, mihi gratissima tua fuisset cõversatio: vix credas quantopere te admirari, & amare cœperim. Quem meum erga te amorem, & observantiam ut tibi aliquo modo significarem: altera statim die per filium meum Nicolaum Fridericum, exemplar unû meorum emblematum ad te misi: quod equidẽ tenue munusculum, tibi non ingratum fuisse satis intellexi. Jam vero cum meus hic de mûdo libellus
 in lu-

P R Æ F A T I O.

in lucem esset proditurus: ut publicè viris doctis, puriorisq; philosophiæ studiosis adolescentibus: quorum in manus libellus hic esset venturus: de hoc meo erga te amore, & existimatione aliquantum constaret: hæc meas de mundo Physicas, atq; Metaphysicas quæstiones, nomini tuo nobilissimo dedicare volui. Quæ mihi dubium non est: quin tibi lectu jucundæ sint futuræ. Quid enim ista contemplatione possit esse suavius: quando magnam hanc & admirabilem hujusce totius universi machinam intuemur: ejusq; formam quæ sit exquisimus: quâ partes ejus omnes & singulæ sunt id quod sunt: & diutissimè persistunt incorruptæ? Multorum sententia est, animam esse. Nonnulli, Deum esse putant. Atq; suis, quibus potest, unusquisq; rationibus, id quod sentit demonstrare nititur. Hic controversia hæc ut rectè dirimatur: acumen, judiciumq; non leve requiritur. Nolo ta-

P R Æ F A T I O.

men dicere quid hac in parte præstiterim: ne meis de scriptis justò videar sentire arrogantius. Sunt enim quibus ita bilem faciliè movere possim. Verum neq; desunt: qui contrario planè modo erga me sint affecti. Quorum in gratiam mea in lucem scripta prodeunt: aliàs certè suppressenda potius quàm evulganda. Malo namq; non laudari: quàm pro talium hominum libidine multorum exponi ludibrio. Præstat etiam invidis, atque calumniatoribus, odii & convitiatorum ansam præberi nullam. Neq; mihi profectò hæc ex metu sententia est. Licet enim ad sarcasmos, & convitia mihi lingua non sit assuefacta: Sat adhuc mihi tamen Dei beneficio virium est, & animi: ut apud syncerioris judicii lectores, jus meum faciliè persequi, & obtinere possim. Ne quæso temerè hæc offendat expostulatio: quæ novi cum pluribus aliis: de me bene sentire. Quæ causa etiam fuit inter
alias

P R A E F A T I O.

alias, cur hasce meas de mundo quaestiones, nobilissimo tuo nomini dedicare voluerim. Quod equidem exiguum est munusculum. Sed in scriptis philosophicis non tam inanis spectanda est amplitudo: quam solida breuitas. Vis saepe in parvis maxima rebus inest. Vale diu foeliciter optime vir, & nobilissime. Altorfi Noricorum. 5. Jan. 1603.

Nobilissimo tuo nomini

additissimus

Nicolaus Taurellus
Physicae, & medicinae professor.

AD PRÆFATIO
LECTOREM.



UM mundus hie totum quiddam sit: multis ex partibus, ac merè tamen naturalibus cõflatum: haud injurià miraberis, lector benevole: cui hæc de naturali mundo proponas atq; discussas quæstiones: hujusce libelli titulus non modò Physicas, verum etiam Metaphysicas esse doceat. Quem tibi scrupulam ut eximam: nonnulla de prima philosophiæ divisione breviter exponam. Prima scientiarum philosophicarum & theoreticarum genera: pro tribus primis substantiis, tria facit Aristoteles: ut Theologia quidè, incorporea substantia: Physicæ vero, corporæ, & corruptibilis: Astronomiæ deniq;, corporæ, & incorruptibilis, subiectum sit. Ex prima primarum substantiarum divisione: prima theoreticæ philosophiæ genera constitui, probò. Sed mihi tamè hæc substantiarum divisio, ppter ea non placet: quod
prima

PRÆF. AD LECTOR.

prima non sit. Neq; levis hæc injuria est: quando corporū cœlestium scientia, Physicæ detrahitur. Quippe quæ corpora, substantiæ sint etiam naturales. Duo igitur prima primarum substantiarum: duoque primarum scientiarum prima sunt genera. Substantiam namq; naturalem, scientia Physicæ: incorpoream vero, Theologia sibi vindicat. Jam tibi si lubet: Physicam facito duplicem: cum res Physicæ vel corruptibiles sint, vel incorruptibiles.

Aliud hîc etiam desideratur. Nam inter duo prima primarum substantiarum genera: tertium me judice fuerit adjiciendum: corpus videlicet animatum: quod & corporeum, & incorporeum est. Composita hæc est substantia: quæ tertio etiam theoreticæ philosophiæ generi videtur esse tribuenda: cui nullum hæctenus nomē adhuc est inditum: Siquidē animata corpora locum inter naturales substantias obtinuerunt. At quo jure? Scientias consultum non est multiplicari. Non hæc judicio nostro: sed rebus ipsis adscribenda est multiplicatio. Physicæ nullo sibi jure id vindicat: quod Physicum non est. Si corpus, animal substantiam facit esse Physicam: anima cum substantia sit incorpo-

P R A E F A T I O

ica: non Physicam esse facit. Ad eò ut animal ob animam, eodem ad Theologiam: quoad Physicam ob corpus, jure ut referendum. Ne igitur Physica, & Theologia, rebus sese locupletent alienis: vel dividendum animal est duas in partes: ut Physica, corpus: Theologia vero, animam recipiat. Quod minimè fieri velim: ne seorsum ea contemplemur: quæ neque esse neque intelligi possunt: nisi conjungantur. Præstat itaque tertium poni philosophiæ Theoreticæ genus: cui corpus tribuatur animatum. Sed quo nomine sit nuncupanda, mihi non constat: nisi scientia dicatur vel mixta, vel composita. Proinde si dichotomiam observare velis: per me licebit: ut theoreticam philosophiam statuas aliam esse simplicem: aliam vero compositam: ut substantiæ quædam simplices: quædam vero sint compositæ. Simples enim sunt: quæ merè vel corporeæ vel in corporeæ sunt. Compositæ vero sunt animalia.

Sed miraberis adhuc procul dubio: lector benevole: quid hæc ad propositum faciant. Mundus enim cum substantia sit merè corporea; jure etiam ad Physicam referri debet: non ad Metaphysicam, vel Theologiam. Hic tibi paucis ita poterit satisfieri. Mundum sibi neque Metaphysi-

AD LECTOREM

ea vendicat universalis : neq; Theologia. Sed quæstiones tamen de mundo sunt aliquot : quæ Physicis discuti nequeunt rationibus : in quibus celebris illa est : quam in Phyticis proposuit Aristoteles : *an mundus fuerit ab æterno : vel sit aliquando generatus.* Hic non quid mundus sit : quibusve constet principiis, essentiam ejus complementibus , quæritur : sed an æternus sit : vel factus aliquando. Utrumq; profectò Physicæ scientiæ limites excedit. Nihil enim simul & Physicum , & æternum esse potest. Siq; factus sit mundus : nequaquã certè naturalis ejus fuit generatio. Cum itaq; de mundi vel æternitate , vel generatione quæritur : quæstiones sunt , nõ Physicæ : sed Metaphysicæ. Non enim solùm de mundo : sed etiam vel in primis de ejus efficiente causa quæritur : quæ nequaquam est naturalis. Atq; adeò causa hæc est : cur in hujuscemodi quæstionibus , à veritate plurimùm aberraverit Aristoteles. Non enim Physicè discuti debent , quæ Physica non sunt.

Hujus etiam generis hæc quæstio est : quam in hoc libello copiosè discussimus : *an mundus hic sit unicus : vel extra hunc sit unus alius, pluresve.* Non enim Physicis hoc disquiri potest rationibus : sed ad mundi,

P R Æ F A T I O.

mundorumvé causam efficientem est ascendendum: cujus in arbitrio res omnis est sita. Si namque mundum fecit unum: facere etiam potuit plures. Quis hoc ergo nobis vitio det: quod hujuscemodi quaestiones Physicis ademptas, in aliam quampiam scientiam, vel Metaphysicam, vel communem, vel mixtam transtulerimus? Verum de hoc ausu nostro, aliàs egimus: & acturi etiam Deo voléte sumus plenius.

Atque hoc primum est: de quo (lector benevole) nostram tibi sententiam exponere debuimus. Alterú est de hujusce dissertationis duos in libros divisione. Cujus hæc causa fuit. In primo libro quaestiones illæ proferuntur, quæ merè Physicæ sunt: & Physicis etiam discutiantur rationibus. In altero, vero nonnisi una discutitur: quæ tamè latissimè patet: *an mûdi sint uno plures*. Hæc merè Physica non est: neq; Physicis solvi potest rationibus. Hic ergo liber ad Metaphysicam: vel ad aliquam aliam (ut modò diximus) scientiam referri debet: cujus magnam partem complent ea, quæ de rerum æternitate, nondum in lucem edita, disseruimus.

In duobus hisce libris, propè cum solo PICCOLOMINEO disputavimus: cujus & ingenii, & doctrinæ mira est ubertas.

Atq;

A D · L E C T O R E M.

Atq; utinam purius, & magis dilucidè, cogitata sua nobis explicavisset. Majorem certè fructum, & negotio minore, studiosa philosophia juvenis, ex multis ejus meditationibus perciperet. Quamvis certè non rarò, à veritate recesserit. Nobis itaque duplex hic fuit labor: tum ut ex obscura oratione, horridisq; phrasibus, sententiam ejus eliceremus: tum vero etiam vel maximè: ut ejus errores patefaceremus: veritatemq; firmis demonstraremus rationibus. Quem certè laborem nò ideo suscepimus: ut ita celeberrimum ejus nomen offuscaretur, vel supprimeretur: quorum quæ futura sit calumnia, satis novi: sed ut philosophiæ studiosi nostra ex censura magis ad scriptorum ejus lectionem excitarentur. At ignominiosum est, errorum convinci. Non exitimo: nisi promendacis, errores habeantur. Quæ nostra certè sententia non est. Errare non posse: humanum non est. Atq; idèò causa facilis in errores sit lapsus: iis merito habenda est gratia: qui nos aberrantes, rectam in viam reduxerint. Unum hoc igitur abs re (lector benigne) petimus: ut, quæ animo bono fecimus, meliorem in partem interpretaris. Vale. Altoni Noric. 6. Jan. 1603.

Nicholas Turrellus, Med. D.

INDEX CAPITUM,
QUESTIONUM, ARGU-
MENT. ET RERUM.

LIB. I.

- Cap. 1. **D**E duplici mundi significatione pa-
gina 1.
2. An mundi figura, ejus forma sit. p. 5.
3. An Deus sit mundi forma, p. 8.
4. Sitne anima, mundi forma.
5. Mundum esse animatum probatur
argumentis novem 1. argum. p. 13.
2. argum. p. 24. 3. & 4. arg. p. 26.
5. argū. p. 28. 6. arg. p. 29. 7. arg.
p. 31. 8. arg. p. 33. 9. argum. p. 35.
6. Sitne Deus anima mundi, p. 41
7. Simplicii de anima mūdi sentētia p. 46.
8. Mundum non esse animatum proba-
tur quatuor argum. 1. arg. pag. 50.
2. arg. p. 56. 3. arg. p. 57. 4. ar. p. 59.
9. Mund' an compositione sit unus, p. 61
10. Sitne mundus unum actu, p. 71.
11. Alexandri sententia, quomodo mun-
dus unum quiddam sit, p. 75.
12. Piccolomini de mundi conexione sen-
tentia, p. 82.
13. De mundi fine, p. 85.

DE

DE MUNDO.

LIB. II.

PARS PRIMA.

Cap. I. **M**undos esse uno plures probatur argumentis novem, 1. argument:

Quia materialis est, p. 55.

2. Secundum argum. Alexandri ratio:

Quia eius opifex plures mundos facere potuit, pa. 99. Tertium argum.

Quia si vilia multa sunt: etiam multa sunt, quae perfectiora sunt, p. 100.

3. Quartum arg. Metrodori sententia:

Si non sit in agro amplissimo non nisi una spica: neque in infinito vacuo non nisi unus est mundus, p. 105.

4. Quintum arg. quae naturaliter gignuntur multa sunt: Multi ergo sunt mundi, p. 108.

5. Sextum arg. ex Epicuri opinione: mundus infinitis materia suppeditis: atomi scilicet infinita. p. 110.

6. Septimum arg. mundus est unus ex accidenti: Plures ergo possunt esse, p. 112.

7. Octavum arg. mundus nec genere, nec specie, nec numero est unus, p. 114.

Quomodo mundus sit unus, p. 116.

8. Nonum arg. Aristot. extra hunc mundum, infinitum est vacuum: Infiniti ergo sunt mundi, p. 123.

Extra

- Ca. 9. *Extra mundam, infinitum esse spaci-
um,* p. 125.
10. *Argumentorum istorum alia solutio.*
Primi arg. à mundi forma: quæ non
est abstracta: sed in materia, p. 128.
11. *Secundi arg. solutio, ab opifice, qui fa-
cere plures uno potuerit,* p. 130.
12. *Deum plures uno mundos creare non
potuisse tribus probat argumentis
Piccolomineus, p. 131. solutio primi
p. 132. secundi p. 135. Tertii p. 136.*
13. *Tertii argumenti solutio: Si vilia, et-
iam prestantia, sunt multa,* p. 138.
14. *Quarti & noni argumenti solutio:
Adversus Metrodorum,* p. 139.
15. *Quinti argumenti solutio: quæ natu-
râ gignuntur, multa sunt,* p. 142.
16. *Sexti argumenti solutio: infinitis mun-
dis sat suppetit materia,* p. eadem.
17. *Septimi argumenti solutio: mundus
per accidens est unus,* p. 143.
18. *Octavi argumenti solutio: Mundus est
numero un⁹: plures ergo sunt,* p. 144

UNICUM ESSE MUNDUM.

LIB. II.

PARS SECUNDA.

- Cap. 1. *Primum argumentum: Piccolominei
ratio: Quia qui plures ponunt: in
multa*



DE MUNDO



LIBER PRIMUS.

C A P. I.

DE DVPLICI MVNDI *significatione.*



PRIUS QUAM ad discutiendas de mūdo quæstiones aggrediamur: duplicem mundi significationem, ab Aristotele factis obscure descriptā expendemus.

Ἐν ἅπασιν γὰρ καὶ τοῖς φυτοῖς, καὶ τοῖς ἀπὸ τέχνης γεγενημένοις, καὶ συνενώσιν, ἕπερός ἐστιν αὐτῆ τέ καὶ αὐτὴν ἢ μορφῆ, ἢ μεμιγμένη μετ' τῆς ὕλης.

In omnibus enim & plantis, & ab arte factis atq; constantibus: alia per

A

1. Decalo
9. 92.

*In omnibus
formis, a-*

*Aliud forma
per se est: al-
iud forma
in materia.*

se quidem forma est: & alia est, quæ
materiae est immixta.

Ἐπεὶ ἔν ὁ ἕρανός αἰθέριος, ἢ καθ' ἕκαστον ἂν εἴη
τὸ ἄσθητόν ἅπαν, ἐν τῇ ὕλῃ ὑπῆρχεν. εἰ δὲ ἢ
καθ' ἕκαστον, ἔπερον ἂν εἴη τῶδε τῶ ἕρανῶ εἶναι, &
ἕρανῶ ἀπλῶς, ἔπερον ἄρα ὅτε ὁ ἕρανός, καὶ ἕρα-
νός ἀπλῶς. καὶ τὸ μὲν ὡς εἶδος, καὶ μορφή, τὸ
δὲ ὡς τῇ ὕλῃ μεμιγμένον.

*Mundus cū
sit sensibilis:
etiam singu-
laris est.*

Cum itaq; mundus hic sensibilis sit:
singularis est etiam. Quicquid enim
sensibile est: in materia est. Siq; singu-
larium in numero est: aliud est huic
esse cælo; & cælo simpliciter. Aliud
igitur mundus hic est, & mūdus sim-
pliciter. Et hic quidem, ut species,
& forma: ille vero, ut cum materia
commixtus.

*Mundus si-
ve species sit:
sive sit indi-
viduū: absq;
materia nec
esse, nec in-
telligi potest*

Acuta hæc: at forte inanis est distinctio.
Neq; tamen inficiari velim: quin aliud sit:
si mundum, & si mundum hunc dicas. Di-
stant enim hæc à se invicem, ut species, &
individuum. Sed dubium est: an differen-
tiam hic faciat materia. Species enim totius
est nomen: quod ex materia, & forma est
conflatum. Mundus etiam non simplicis
formæ: sed totius compositi nomen est:
quod

quod neq; esse, neq; intelligi potest absq; materia. Mundi certè hîc eadem, quæ hominis, est ratio: vel cujusvis alterius animalis.

In hisce igitur Aristotelis verbis duo sunt diligenter observanda. 1. *An quicquid singulare est: materiatum sit.* 2. *An mundum mente concipere possimus absq; materia.* De primo quaesito, nostram brevibus sententiam profereimus. De rerum individuatione (ut vocant) magna est controversia: quando nonnulli: ne dicam propè omnes: cum Aristotele sentiunt, materiam ob id res individuas facere: quod sola, causa sit multitudinis primaria. Sed hæc rudis, & insulsa est opinio. Certum enim est multas esse substantias incorporeas: quæ singulares sunt: licet materiam non habeant. Quis verò genera credat, speciesq; rerum corporearum absq; materia, vel esse, vel definiti posse? Verum de hisce in metaphyis, suo loco, ut res ipsa postulat, agetur. Ad alterum quod attinet: *An mundus vel esse, vel intelligi possit absque materia:* facile ex iis iudicium fieri potest: quæ adversus Socratem juniorem hisce verbis profert Aristoteles. Διὸ καὶ τὰ πάντα ἀνάγκη ἔστω, καὶ ἀφαιρῆναι τὴν ὕλην, περίεργον. ἐνιαυτὸς ἴσως, τὸδε ἐν ταῦδε ἴσιν, ἢ ὡς τὸδε ἔχον. καὶ ἡ ἀποβολή, ἢ ὅτι τῆς ζωῆς, ἢ ἐὼς εἰ λέγειν

A 2

*An materi-
atum sit:
quicquid
est singula-
re.*

*Rerum ma-
teriatarum
species, ac
genera, etiā
sunt mate-
riata.*

*Metaph.
II. 39.*

Ζωκράτης νεώτερος, & καλῶς ἔχει. ἀπάγεται δὲ ὅτι
τῆ ἀληθείας, καὶ ποιῆ ὑπολαμβάνειν, ὡς ἐνδ' ἐ-
χόμενον εἶναι τὸν ἀνθρώπου ἀνευ τῶ μερῶν, ὡπερ
ἀνευ τῆ χαλκῆ τὸ κύκλον. Ideo quidvis ita
deducere, & materiam adimere, su-
perfluum est. Quædam enim fonto
hoc ipsum, in hoc ipso sunt: aut ita
hoc ipsum se habet. Neq; vera illa est
de animali parabole, quam dicere so-
litus est Socrates junior. Recedit
enim à vero: atq; hanc inducit opi-
nionem: atq; si possit homo absque
partibus esse: quomodo circulus esse
potest: qui non sit æreus.

Circulus vel simplex est forma: quam
absq; omni materia possimus animo con-
cipere: vel certè nullam habet propriam,
definitamq; materiam. Animalium autem,
atq; plantarum, longe alia est ratio. Nul-
lum namq; est animal: & planta nulla est
quæ simplex forma sit: cum corpora sint,
suis prædita partibus variis, & organicis.
De mundo idem asserere licet: qui cum
corporeis etiam constet partibus: id ipsum
quod est: absq; materia, neq; esse, neq; in-
telligi potest. Quis verò mundum ipsum,
& formam ejus, pro eodem habuerit?

Cum

Cum itaq; mundus materiatum quidam sit: necesse est, ut materiam suam, partesq; suas habeat: in quibus forma etiam aliqua, vel una vel plures sunt: de qua, quibusve prius agendum nobis est: ad ipsas ejus partes accedamus: quæ materiæ loco sunt. Hic ergo primùm ea diligenter expēdemus: quæ doctissimus hac de re nobiscum comunicavit PICCOLOMINEUS.

*Mundus
variis con-
stans parti-
bus absque
materia
non est.*

PICCOLOMINEUS de mun-
do Cap. 3.

*Sex excogitare valemus, quæ videntur dici
posse forma mundi: figura videlicet: Deus:
pars ætherea: anima mundi: essentia mundi:
Et d. num ordo.*

AN FIGURA MUN-
DI, SIT FORMA EJUS.

C A P. II.

PICCOLOMINEUS.

Putant recentiorum nonnulli formam mun-
di esse figuram sphericam: quam senten-
tiam levisimam puto: tum quia mundus est

*Spherica
mundi figura,
ejus forma
non est.*

*substantia, figura est accidens: tum insuper
quia dicendo mundum, eam formam denota-
mus, quæ est ejus essentia, & universale consti-
tuit contra distinctum à singulari, &c.*

DISCVSSIO.

*Quod uni
accidens est:
ad alterius
compleve po-
test essenti-
am.*

*Musica, mu-
sico non ac-
cidit: sed
homini:*

*Sitne mun-
dus substan-
tia, vel ac-
cidens.*

MULTA hic profert PICCOLOME-
NEUS, quæ nullius sunt momenti.
Dubium namq; non est, quin forma sphæ-
rica, mundi forma sit: licet aliquibus forte
visum sit aliter. Neq; sufficiens est ratio,
accidentalem hanc esse mundi formam:
propterea quod spherica figura sit accidens.
Quod enim accidens est absolute: id alicu-
jus esse potest essentia. Quis habitum vir-
tuti accidere dicat: qui substantia per se ta-
men non est, sed accidens? Mundus est
substantia: cum tamen spherica figura non
sit substantia. Musicus etiam substantia est,
cum sit homo: sed ejus forma tamē est mu-
sicæ peritia: quæ accidens est: & ei formæ
quidem est essentialis.

Quæstio hæc ergo de mundo prima esse
debet: Sitne mundus substantia nomen, an
accidentis. Substantiæ quidem ait esse PIC-
COLOMINEUS: non accidentis: sed pro-
batum hoc esse malim, quàm dictum. At
proba-

probatum hoc etiam est. Quomodo?

Mundus est actus unum. Unum autem actu, per formam est unum. Præterea, cum dicendo cælum, denotetur forma: & cælum inter substantias numeretur, necesse est, ut ejus forma etiam ad substantiam pertineat. Unum esse, neque substantiam denotat, neque accidens. Nomen enim est (ut vulgo dicitur) transcendens: quod & substantiis, & accidentibus competit omnibus. Hoc tamen videtur spectasse PICCOLOMINEUS: quod paucis explicabimus. Mundi partes substantiæ sunt. Mundus ergo substantia est. Hic aliqua opus est distinctione. Domus enim, mensa, scamnū, exercitus & similia quamvis ex partibus constituantur, quæ substantiæ sunt: non substantiarum tamen, sed accidentalium formarū sunt nomina. Mundus etiam partibus constat, quæ corpora sunt: non accidentia. Sed forma tamen totius, quæ partes hæc connectit, & unit, accidens est. Quod jucunda ratione probari, & illustrari potest. Homo totum quoddam est: cujus forma etiam substantia est: ut partes ejus omnes substantiæ sunt. Quid hic ergo est discriminis? Anima intelligens, quæ substantia est, hominis forma est. Cæteræ verò ejus partes materiæ, sive subjecti rationem habent. Mundus

Unum neque substantia nomen est, neque accidentis: sed utriusque.

Sicne totum id substantia: cujus partes substantiæ sunt.

Homo totum substantia est: & partes ejus etiam substantiæ sunt.

*Mund⁹ an
totum sit,
ut homo, vel
ut domus.*

*Partes actu
multa per
accidens, u-
num sunt.*

*Mund⁹ suis
pro partibus
multas ha-
bet formas
essentiales.*

*Mund⁹ ac-
cidentalī for-
mā, unum
quiddā est.*

*Sphærica
mundi figu-
ra, partes e-
jus nō unis.*

autem ex partibus collatum quiddam est, quæ omnes actu sunt, non potestate. Propterea necesse est accidentalem ejus esse formam: ut domus est, aut exercitus. Talia autem per se multa sunt: unum vero sunt per accidens. Forma namq; partes uniens substantiā non est: at actus est tamen: ut mundum actu constet unum quiddam esse. Recte. Mundus accidentali actu est unum: sed essentialibus est multa. Cælestium namq; corporum, & elementorum formæ sunt essentialis. Neq; idem est, si cælum: & si mundum dicas: nisi per cælum vel totum mundum, vel compositum quiddam intelligas ex omnibus sphæris, & astris compositum.

Num ergo figura sphærica, mundi forma est: quā mundus est? Non existimaverim: cum hacce formā partes mundi non uniantur.

AN DEUS SIT MUN- DI FORMA.

C A P. III.

PICCOLOMINEUS.

PRæterea alii inquiunt mundi formam esse Deum. Cum enim Deus sit prima forma, profecto

profecto non ullius alterius, sed primi formati forma censeretur debet. Cumq; sit universa forma, solum uniuersi debet putari forma. Ita Deus dicitur omne, quod vides, & quod non vides. Hoc videtur denotasse Aristoteles 12. meta. 49. inquit: si plures essent mundi: plures essent primi motores: adeo ut formam mundo respondentem denotaverit esse Deum. Et Averrhoes 1. coel. 95. inquit: Si per caelum denotamus partem aetherae, intelligentia est forma eius.

At haec non est ea forma, quae modo quaeritur. Deus dicitur quidem forma, quia actus est; at forma assistens mundo, non forma, quae sit essentia mundi. Praeterea Aristoteles ait mundi formam esse mixtam cum materia. At Deus abijunctus omnino est, & in primo orbe esse dicitur.

DISCVSSIO.

AD tales in Deum blasphemias totus exhorresco. Deum esse mundi formam: & esse quicquid vides: quis Christianus credat? Et haec tamen probare videtur PICCOLOMINEUS: adhibita distinctione, quae nihil ad rem facit. Deus (inquit) mundi forma est mundo assistens. An Deus mundo assistat: & quomodo as-

Deus primi formati forma est.

Deus est q; vides, & q; non vides.

Aristoteles Deum mundi formam esse putavit.

Averrhoes vero, intelligentiam.

Picol. Deum assistentem mundi formam esse concedit non informantem.

Deum mundi formam assistentem non esse.

*Si mundo
assistat Deus,
ormam e
ejus ideo nō
est.*

*Incorporea
substantia
quomodo a-
ctus dici pos-
sint.*

*Deus nihil
earum est
substantia-
rum, in qui-
bus est.*

*Qualis ma-
teria: talis
forma.*

*Mundi mo-
tor, & mun-
di forma,
nō sunt idē.*

listat, dubium est; qua de re suo loco su-
mus acturi. Sed formam esse pernego:
quocunq; tandem modo forma esse dica-
tur. Deum equidem fatetur P I C C O L O
M I N E U S, non esse mundi essentiam. Sed
hoc ipso satis docet ipsum mundi formam
non esse.

Deus est prima, & universa forma. Vul-
go mentes ab omni materia secretas, actus
nuncupant: quod aliquam præ se fert re-
ctæ rationis speciem: cum *ἐπιγεναι* sint,
nullamq; participant quietem. Sed cur
formæ dici debeant, non video. Quid au-
tem ab omni materia, & ab omnibus re-
bus magis quàm Deus est separatum? Ne-
que tamen inferior, quin totus & essentiâ,
& viribus suis ubiq; sit, & in omnibus re-
bus: sed nihil omnino rerum istarum est.
Cùm enim talem oporteat esse formam,
qualis est rei cujusq; materia: quid inter
Dei, rerumq; cæterarum substantiam pos-
sit esse similitudinis? At hoc videtur de-
notasse Aristoteles inquiring, *Plures esse pri-
mos motores: si mundi sint plures.* Aliud est
Deum cæli motorem facere: & aliud mun-
di formam dicere. Si namq; movens est:
externum est, non forma. Simul enim
cum cælo moveretur: si in cælo esset: q̄
negat tamen Aristoteles. Proinde falsum
etiam

etiam id est, quod ex Averrhoe affertur. Quod enim, de primo motore ait Aristoteles: id ipsum etiam de cæteris motricibus intelligentiis est accipiendum.

Rectè igitur PICCOLOM. *Deum* negat *informãtem esse mundi formam*. Non enim hujus essentiam constituit: sed ab ea est omnino abjunctus. Nomen *ἐντελεχίας* aliqua ratione Deo competere potest: si latius sumatur: pro eo videlicet quodcumq; aliud perficit. Nos tamen Deo ut efficienti causæ, omnem mundi perfectionem acceptam ferimus: quippe quem prima statim creatione ita perfectum fecerit: ut alia non indigeret amplius perfectione.

In primo orbe esse dicitur. Quàm verè hoc: si omnino est ab orbe abjunctus.

Cur Deus mundū non informet.

Omnis mundi perfectio à Deo est: qui nō ideo tamen mundi est ἐντελεχία.

SITNE ANIMA, MUNDI FORMA.

C A P. III.

Academici mundum ajunt animã prædicunt, & vivere. Hinc mundum inquit animal esse magnum.

PICCOL. REFUTATIO.

Hanc Peripatetici non concedunt: nec a-

*Cur mun-
dus animā
non habeat.*

*liam mundo prater assistentem Deum putans
communem animam competere. Dum enim
partes seorsum propria anima sunt pradita:
non est necessaria anima, partes illas neglectens.*

D I S C U S S I O.

NO s neq; totum mundum: neq; par-
tem ejus ullam, animatam esse cre-
dim⁹. Academici, & P I C C O L O M I N E U S
totum animatum esse censent: diversa ta-
men ratione. P I C C O L O M I N E U S enim
censet, unamquamq; partem animam ha-
bere propriam. Academici verò commu-
nem toti tribuunt animā. Quomodo igitur
Academicos refellit P I C C O L O M I -
N E U S? *Si qualibet pars propriam habet a-*
nimam: quid aliā, & communi opus est?
Quid tum vero: non multas, sed unicam
animam toti mundo tribuerint Academi-
ci? Magnum animal judicaverunt esse
mundum: sique multas ei animas tribuif-
sent: nō animal jam esset mund⁹: sed ani-
malia multa. Singulas tamen elementorū
sphæras Plato propriam animam habere
concedit. Nempe quæ totius animæ par-
ticula quædam sit. Quomodo C Æ S A L -
P I N U S unam censet mundi totius ani-
mam esse: quam primam substantiā, De-
umq; nuncupat. Et hanc quidem à multis

*Piccol. non
unam sed
multas mū-
di animas
agnoscit.*

*Academici
unamputāt
animam ef-
se totius
mundi.*

*Plato cuiq;
sphære ani-
mam tribu-
it unam: sed
q̄ particula*

mun-

mundi partibus, & animalibus participatam, in multas animas dividi censet: ita ut quod commune, & unum est: participatione multa, propriaq; fiat. Hoc CÆSALPINI perniciosum, & execrabile dogma multis rationibus, in nostris CÆSISALPIBUS refutavimus.

*fit una totius animæ.
Deum Cæs-
alpinus in
multas di-
vidit ani-
mas.*

SITNE MUNDUS ANIMATUS.

CAP. V.

AFFIRMATUM PRO- BATUR.

I. Argumentum.

*HÆC ARISTOTELIS DI-
citur fuisse sententia.*

PICCOLOMINEUS de mun-
do Cap. 30.

DEUM Aristoteles à suprema intelligen-
tia movente primum mobile, quod octa-
vam sphaeram cum Platone esse censuit, nō di-
stinxit: adeò ut Deus, intelligentia prima,
motorq; octavae sphaera, ex eius sententia non
distinguantur. Qua intelligentia etiam dici

*Deus quid
sit Aristoto-
licus.*

Deus quomodo anima sit octava sphaera, & mundi totius.

potest anima octava sphaera, & anima mundi. Dicitur anima octava sphaera, ut ei dat motum, & vitam distinctam à propria vita ceterorum orbium. Dicitur autem anima mundi, quatenus per diurnum motum, quo dicitur motus totius, effundit vires, & munera sua in universum orbem, servat ordinem universi, ligat omnia, & vitales quasdam vires eis impartitur.

3. generat. anim. 11.

Aristotelis testimonia

I.

Γίνεται δ' ἐν γῆ, καὶ ὑπερὶ τὰ ζῶα καὶ τὰ φυτὰ, διὰ τὸ ἐν γῆ μὲν ὑπάρχειν ὑγρὸν, ἐν δ' ὕδατι πνεῦμα, ἐν δὲ τῷ παντὶ θερμότης ψυχικῆν. οὗτος ὅπου ἴνα πᾶν τὸ ψυχῆς εἶναι πλήρη.

Anima plena sunt omnia.

In terra autem, & humido generantur animalia, & plantæ: propterea quidem, quod in terra sit humidum: & in aqua, spiritus: in universo autem sit animalis calor: ut omnia quodammodo plena sint animæ.

II.

1. part. an. 5.

Διὸ δεῖ μὴ δυσχεραίνειν παιδικῶς, ἢ ὡς αἰμωτέρων ζώων ὑπίσκειν. ἐν πᾶσι γὰρ τοῖς φυσικοῖς ἐνεστὶ ἰσχυρὰ καὶ καθάπερ Ἡράκλειτος λέγει πρὸς τὸς ξένους εἰπεῖν τὸς βελομῆνας αὐτῶν

αὐτῶ ἐντυχεῖν, οἱ δὲ πῶλὴ προσίοντες, εἶδον αὐτὸν
 θεοεικένον πρὸς τῶ ἵππῳ, ἐσησαν. ἐκ ἐλευσε γὰρ αὐ-
 τὸς εἰσέναι θεοῦ ἕνεκα. εἶναι γὰρ καὶ νῦν θεός.

Propterea non est ut pueriliter ab
 inspectione abjectiorum animalium
 abhorreamus. In omnibus enim re-
 bus, admirandum est quidpiam. At-
 que ut dicitur Heraclitus hospites
 cum ipso conversari volentes esse al-
 locutus: qui cū ipsum sese ad fur-
 num calefacientem fuissent conspi-
 cati, constiterunt. Hos enim intre-
 pidè iussit ingredi propterea quod
 isthici etiam essent Dii.

*Heracliti de
 diis senten-
 tia.*

DISCVSSIO.

MULTA hic diligentius expenden-
 da sunt. *I. An Aristoteles mundum
 judicaverit esse animatum.* Ad ejus asseclas
 quod attinet, floccipendimus & quæ pro-
 ferunt. Ex locis aurem allegatis, propè
 certi nihil elici potest. In primo caloris
 animalis mentio fit per universum diffusū:
 ob quem Aristoteles quodammodo cen-
 set omnia esse animarum plena. Hic velim
 hæc observari. *I. Quare dicat Aristote-
 les animalem calorem per omnia esse diffu-*

*An mun-
 dum Ari-
 stoteles ani-
 matum esse
 putaverit.*

*An calor a-
 nimalis per*

totum mundum sic diffusus.

Si plena sint omnia animarum: nullum animal generari poterit.

Animalis calor in animalibus pro anima est.

Quot mundi sint animae.

Cur in terra

sum. Rationem hanc affert: *quia in terra, & aquis animalia generantur.* Sed non hæc ratio tamē videtur esse satis: ut quod asseritur demonstrari possit. Non enim animalia dicuntur in toto mundo generari: sed in terra solūm, & aquis. Siq; jam plena sunt animarum omnia: quomodo generari possunt animalia? Quis enim dubitet, quin fiat animatum ex eo, quod animam non habet? *II. ἅπαντα ζῷα.* Quid hoc est? *Omnia sunt aliquo modo animarum plena.* Forte quod animalis calor sit per omnia diffusus: quemadmodum vitalis calor, iis animalium partibus pro anima est: quæ ipsam animæ substantiam in se non habent. Siquidem in solo corde sita esse dicitur. Verūm hac ratione solum cor esset verè animatum. Præterea, si non una, sed multæ sunt in omnibus animæ: quot sunt? Quomodo res dividentur: ut intelligatur, quot mundus constet animabus? Aër est amplissimus. Hic si plures habet animas: tot habet, quot minimas habet particulas. Quod enim aliud hic partium discrimen possit observari? *III. In terra humidum est.* Terra nullius est corporis capax alterius: sed cum terra tamen miscetur humidum. Non igitur in terra seorsim: sed in terra, & aqua mixtis ge-

tis generantur animalia. 4. *In aqua est spiritus.* Si propterea generantur animalia in terra: quod aquam habeat: In aqua etiam animalia generari par est, eandem ob causam: quod simplex non sit: sed terram habeat admixtam. Quod autem hic de spiritu dicitur: nescio quam verè dicatur. Spiritus enim nulla in re minus quam in aqua consistere potest. Neq; existimandum est illos vapores, qui ex aquis educuntur: vel animas esse: vel animas posse fieri: vel vitam suscipere posse: vel ullam vim habere vitalè. Anima certe nihil in se habet, quod humidum sit: & si quid habeat lementaribus simile qualitatibus: ad siccitatem magis, quàm ad humiditatem accedit.

II.

Ad alterum Aristotelis locum quod attinet: parum hic etiam ad rem facit: in quo de Diis agitur: non de animabus. Si prò Diis pro animabus sumantur: 1. Primum erit exquirenda ratio: cur res diversissimæ pro eisdem habeantur. 2. Vera Aristotelis sententia non esse despiciendam animalium etiam abjectissimorum contemplationem. Et ratio etiam ejus contemnenda non est. In omnibus enim physicis admirandum est quidpiam:

B

in aqua generentur animalia.

An spiritus in aqua fit aliquis.

Vapores nec animæ sunt, nec fieri possunt.

Anima ad siccitatem magis, quàm humiditatem accedit.

An Diis pro animabus sumi possint.

Animalium etiam abjectissimorum jucunda est contemplatio.

*In omnibus
est quod ad-
miramur.*

*In Heracli-
ti furno qui
nam fuerint
Dii.*

*Dii non sunt
corpora.*

*Ubi vis est
Deus: at non
anima.*

*Non omnia
calent.*

*2. Generat.
an. 3.*

*Calor caele-
stis fecunda
facit semi-
na.*

quod contemplanti voluptatem pariat. Sed quid ad hujus confirmationem dictum facit Heracliti? 3. Ad furnum etiam sunt Dii. Quamobrem? Num ipse Heraclitus fuit Deus? An furnali egent Dii calore? Si plures in furno fuerint ignes: crediderim hos pro Diis Heraclitum accepisse. Nam propter ignem isthic Deos esse censuit. Quid vero dici possit absurdius: quam Deos esse corpora? 4. Nos non ad furnum modo: ut existimavit Heraclitus: sed quovis alio in loco Deum esse novimus. Non ideo tamen animas esse necesse est: ubi Deus est. 5. Forte per igneum calorem Aristoteles illam suam intellexit ψυχὴν θερμότητα, caliditatem animalem: ob quam aliquo modo judicavit omnia esse animarum plena. Judicium hoc non probo. Non enim per omnia calor iste diffunditur. Præterea caeleste quidpiam aliud esse docuit. πάντων μὲν γὰρ ἐν τῷ ἀέρι ματε ἐνυπάρχει, ὅπερ ποιεῖ γόνιμα εἶναι τὰ ἀέρματα, τὸ καλούμενον θερμὸν. τὸτο δ' ἔστι πῦρ, ἀλλὰ φύσις τις ἀνάλογος ἔστι τῷ ἄερι καὶ στοιχείῳ. Principium quoddam in seminibus est: quod ipsa fecunda facit. Dictum hoc est calidum: quod ignis non est: sed natura quaedam, ad astrorum ele-
men-

mentum proximè accedens. Solaris ergo calor est, ista $\psi\upsilon\chi\eta\iota$ θερμότης, per omnia diffusus: ob quam animarum plena sunt omnia. Quid tñm verò, si non calor iste: sed intensa frigiditas per omnia diffundatur? Ita omnes disperierint anima.

Frigus per universum omnes perimit animas.

QUARE MUNDUS DICATUR ESSE ANIMATUS.

AN Deus anima sit octavæ sphaeræ: quam Aristotelis sententiam fuisse profiteretur PICCOLOMINEUS: suo exquiretur tempore: cum de anima cælorū egeamus. Jam vero de mundi anima queritur: *an sit una, pluresve*. Unam censet esse PICCOLOMINEUS. Et ob id etiam fortè dixit Aristoteles: $\psi\upsilon\chi\eta\varsigma$, non $\psi\upsilon\chi\omega\upsilon\iota$: animæ: non animarum plena esse omnia. Si verò Deus sit anima octavæ sphaeræ: cur totius mundi anima esse dicitur? PICCOLOMINEUM audiamus. Deo in octava sphaera consistenti multa tribuit: ob quæ merito mundi anima dicatur. *1. Per motum diurnum, effundit in universum orbem vires suas & munera sua.* Dictum audio: dictum non intelligo: dictum non probo, nō probatum. Quænam istæ sunt

Picol. unam ponit animam mundi.

Deus motu diurno suas vires per universum distribuit.

vires? Quænam hæc sunt munera? Non plus hic rationi tribuendum est, quam experientia: nisi fortè per hæc vires, & munera, non qualitates sensiles intelligentur sed nescio quid aliud, quod nostros in sensus non incurrat. Hoc spectasse P I C C O L O M I N E U M, verba sequentia monstrât: quæ ab hisce non fuerant sejungenda. *Vitales quasdam vires eis impartitur.* Dicerò hoc fortè voluit P I C C O L O M I N E U S: q̄ proferam explicatius. Anima hominis per totum corpus diffusa non est: sed suam in corde sedem habet. Inde per arterias in remotissimas quasq; totius corporis partes calorem spiritumq; vitalem distribuit. Calor ipse quidem tactu percipitur: sed vitalis spiritus nullo est sensu perceptibilis. Ita etiam Deus in octava sphaera consistens calorem in universum orbem, vitalesq; vires diffundit: quibus vivat, vivensque meritò censeatur esse animatus. Hic quædam sunt expendendo. 1. Anima hominis, etsi solo in corde consistit: cordis tamen anima non dicitur: sed totius hominis. Deus ergo similiter, non octavæ sphaeræ, sed mûdi totius anima nuncupetur. 2. Secunda ipsa etiam experientia manifestè docet, à corde cum iis partibus, in quas inferuntur arteria: *vires* com-

Non Deus: sed vitales ejus vires p̄ universum diffunduntur.

A corde vitalis calor per totū animal distribuitur.

Anima totius animalis est anima.

communicari. Nam si vel secentur, vel obstruantur arteriæ: pars ea subito emoritur: in quam illæ protenduntur arteriæ. Quid igitur? An etiam in mundo idem conspicitur? Nequaquam profecto: sed hic mortua sunt omnia. Sola namq; vivunt animalia quæ nihil mundi sunt. 3. Licet autem mundi partes ipsæ non vivant: vitales tamen vires à Deo, in extrema cæli sphaera consistente, sibi transmissas obtinent: quæ cum in putrefactam incidunt materiam: ei vitam conferunt. Quod in iis conspicitur animalibus, quæ non ex semine: sed ex putrefacta quadam materia nascuntur. Itane bone vir Deo solam hanc ascribis vitæ vim: qua abominabilia hæc animalia procreantur? Ego non malorū: sed bonorum authorem putaveram esse Deum. Cæterorū animalium per se conditor est Deus. Sed istorum per accidens: hoc est, ob peccatum quod inter Deum, & hanc maledictionē intercessit. Si namq; nostri parentes non peccassent: nunquam hæc animalia fuissent procreata. Quæ de re à nobis aliàs actum est plixius. Age vero: quod ex caseo, carnibusve putrescentibus vermes generentur: unde vis hæc vitalis, & animalis prodiit? Num à sole, qui nihil habet, quod vermium refe-

Totum animalis corpus, per arterias incallescit.

In mundo solis animalibus exceptis, mortua sunt omnia.

Exputrefacta materia quomodo generentur animalia.

Deus malorum author non est.

Divine maledictionis effecta.

In caseo vermes neque à sole, neque à Deo generantur.

rat naturam? Num à Deo? Non equidem hoc inficior. An longe aliã tamen hoc ratione fieri judicaverim: quã censere videatur PICCOLOMINES. Non enim Deus in octava sphaera confidens ex se per universum orbem vermium vim diffundit procreandorum. Sed ubi primi parentes nostri peccassent: terræ maledixit Deus ut carduos & spinas produceret. Cæteris item rebus compositis maledixit: ut putrescerent: ex qua etiam putredine, varia horrenda; & noxia procrearentur animalia. Non ergo est ut vel animatum esse mundum oporteat propterea: vel in suprema mundi sphaera Deum considerare.

4. *Per diurnum motum.* Neq; hoc satis distinctè dictum est. Dubium namq; est: an ex Deo vires effluant, ut ex sole, vel igne calor: an vero motu octavæ sphaeræ vires hæ generentur, & deorsum protrudantur. Quomodo lapidum frigidorum collisus, & cõtritu suscitatur calor, & ignis elicitur. Si priorem modum probaveris: cum Deus in tota sit sphaera: non in aliqua solum ejus parte: motu non opus est, ad harum virium assiduos effluxus, & affluxus. Solem circum terram moveri oportet: ut multas terræ partes suo calore foveat, suoq; illustret lumine. Si vero tota

ejus

Deus ob hominis peccatum, terra maledixit.

An ex Deo vires effluant: ut ex sole calor.

Si Deus in tota sphaera sit: motu nõ indiget.

Solem mo-

sphæra pares obtineret vires : motu nullo esset opus. Semper enim tota terra pariter & foveretur, & illustraretur. Posterior autem modus nulla ratione videtur posse probari. Non enim ita Deus, sed octava sphæra virium istarum causa esset primario efficiens. Motus enim per accidens eorum effectuum causa est : qui variis ex rebus motis suscitatur. Succinum si fricetur, paleas attrahit : quam ei vim motus suscitatur modo, non tribuit. Deus ergo sphæram movens octavam, non nisi per accidens harum viriam erit causa, quæ in universum orbem transmittuntur.

Atque hæc de viribus dicta sufficiant : quas cum per universum orbem diffundat Deus : merito putatur esse anima mundi.

2. Alterum est, quod Deo tribuitur. *Servat ordinem universi.* Vellem ego nihil asserere philosophum : nisi quod demonstraret. Quomodo servat Deus ordinem universi ? Num quod partes ejus bene dispositas ita contineat : ne suis ipsæ locis dimoveantur ? Nempe si non ipsæ seipsas probe contineant. Quod terra suo in loco firmiter consistat : causa manifesta est naturalis. Quare igitur ad Deum recurritur ? Deus terram ita fecit, ut per se hinc dimoveri non posset. Recedat. Cum ergo per

*veri, non
sphæram o-
portet.*

*Motus effe-
ctuum suo-
rum per ac-
cidens est
causa.*

*Deus ordi-
nem univer-
si quomodo
servet.*

*Mundi par-
tes suis in
locis seipsas
continent.*

Deus Piccolomineus mundi ligamentum est.

se dimoveri terra nequeat: quare dicitur à Deo contineri: ne diffugiat? Inconsideratè multa dicuntur: quæ præstiterit non esse dicta. 3. *Ligat omnia.* Num hoc aliud est à priori? Deus ligamentum, aut vinculum est: quo mundi partes firmiter continentur omnes: ut ita totius universi ordo conservetur. Ego istam ligationem, quid sit, non intelligo.

II. Argumentum.

PICCOLOMINEUS de mundo Cap. 28.

Anima nihil in mundo est præstantius.

Anima formarum est præstantissima.

Quod anima, & ea quidem præclarissima debeat esse ornatum, primo elici potest ex ejus præstantia. Nil enim propè nos reperitur, quod insigne, & præclarum sit, cui non competat anima. Et jure profecto. Nam præstantia compositi, ex forma pendet. Forma autem infra animam collocata viles & nullius pretii judicantur.

DISCUSSIO.

Mundus, præstans, & præclarum Dei opus est. Equidem est. Præstanti ergo & præclara est forma præditus. Quidni? Animatus ergo est. Minime gentium. Nulla est consecutio. Formarum tamen
omni-

omnium præstantissima est anima, & præclarissima. Neq; hoc inficior. Sed animæ præclara præstantia talis est quæ mundo non conveniat. Non hic tam spectanda est corporum amplitudo: quam finis, & actiones propriæ. Mundi finis est: ut plantas, & animalia contineat, foveat, nutriat, augeat & propaget. Quem certè finem mundus ut æsequatur: anima non indiget, Solæ namq; naturales sufficiunt facultates. Idem quod homines isti, sapere nobis videtur, quisquis ob magnificam amplitudinem, altitudinem, ornatum, & splendorem, palatia regia judicat esse animata. Pulicis anima si quibusvis naturalibus formis est præstantior: terræ tamen non convenit: cujus frequenti saltu maxime turres, & arces excelssæ disjicerentur.

Huc etiam sexta PICCOLOMINEI ratio referri potest: *Propterea videlicet animatum esse mundum: quæ res aliæ complures animata sint: quæ mundo sunt tamen viliores.* Simplex profecto philosophus est *ἡγεῖν δὲ τὸν κόσμον*: qui muscam aureo poculo præferat. Sua formis etiam est naturalibus præstantia: & sæpe quidem major quam sit animalium. Homini forma Solis non convenit: neq; Soli forma cõpetit hominis.

B 5

Anima præstantia mundo non competit.

Mundi finis quis sit.

Regum animata palatia.

Pulicis anima terræ non convenit.

Musca poculo præstat aureo: quod pauci credunt tam esse.

III. Argumentum.

Quod ex se movetur anima est prædictum.
Mundus ex se movetur, ut satis patet.

*Animatum
ne sit, ex se
quicquid
movetur.*

*An mundus
ex se ipse mo-
veatur.*

*Aristoteles
nulla putat
mundi par-
tem ex se
moveri.*

2. Phys. 4.

30.

DISCUSSIO.

AN sit animatum quicquid ex se mo-
vetur, quaesitum est magnum & ini-
quum est postulatum: de quo aliàs age-
tur. Quod vero satis pateat, mundum ex
se moveri: falsum est. Primum enim mū-
dus ipse totus est immobilis: cum semper
in eodem loco maneat. Pars autem ejus
nulla est, quæ ex se ipsa moveatur: si vera
est Aristotelis sententia. Nam elementa
quidem ex se ipsis moveri negat propterea,
quod motus hic animalibus propriè com-
petat. Cælestia vero corpora docet ab
externo moveri motore.

IV. Argumentum.

Insuper quod ex se figura, & partium ordi-
ne est ornatum: animatum est. Competit
mundo sui naturæ, & conditione forma ro-
tunda, & congruentissimus ordo partium. Est
itaque anima prædictus. Præterea mundus
est corpus unum dissimilium partium ob qua-
rum varietatem potest mundus judicari cor-
pus organicum. Quare forma ejus judicari
debet.

*Mundus or-
ganicum est
corpus. Er-
go anima-
tum.*

debet anima: cum anima definiatur, quod sit prima perfectio corporis organici.

DISCVSSIO.

NON hæc duo sunt: sed unicum est argumentum. Mundus enim corpus organicum esse dicitur, ob diversorum corporum decentem positum: quem dicas licet partium ordinem. Quod vero de figura mundi rotunda dicitur, perabsurdum est. Simplicium hæc enim corporum est potius, quam compositorum. Si propterea mundus est animatus, quod rotundus sit: globi lusorii etiam erunt animati. Neq; partium diversarum apta connexio, mundum evincit esse corpus organicum. Mundi namq; partes omnes sunt simplices. Neq; video qua ratione dici possint organa: cum una quæq; totum quiddam per se sit: suumq; nullo partis alterius adminiculo exequatur officium. Quid quæso in mundo est quod vel caput, vel manû, vel pedem referat? Verum age: mundum fateamur, organicum esse corpus: an propterea necesse est esse animatum? Hoc anime docet definitio. Minimè docet. Non enim *ἀνὴρ ἐστὶν ὄντιον* sunt, corpus organicum, & anima: ut ideo necesse sit animam habere corpus quodcumq; est organicum:

Rotunda figura corporum est simplicium partium quam compositis:

Mundum corpus organicum non esse.

Mundi partes cur organa non sunt.

Non omne corpus organicum est animatum.

Anima non est, qua non in corpore sit organico.

Cujus organici corporis perfectio sit anima.

Mundi partes non sunt vitæ capaces

Nec domus nec horologium est animatum.

quia non est anima, quæ non sit in organico corpore. Præterea cædaver corpus etiam est organicum: quod tamen animatum non est. Unde satis intelligitur non esse necessariam organici corporis, & animæ connexionem. Deniq; non cujusvis organici corporis perfectio est anima: sed ejus quod potestate vitam habeat: hoc est, quod ita sit organicum, ut vitæ sit capax. Mundi autem partes ita sunt, ut neq; ipsæ vitæ sint capaces, neque totum mundum vitæ faciant capacem. Quod certè nullo negotio demonstrari potest: ut postea liquet. Quis vero vel domum, vel horologium, ob id animatum esse credat: quod in hoc omnes rotæ ad totius operis usum competentia sint instrumenta: in illa vero partes omnes suis quæq; locis probè sint dispositæ?

V. Argumentum.

C*Vi ex se competunt differentia positionis, ex se animatum judicari debet. Mundi competunt ex sui natura differentia positionis. Animatus ergo est.*

DISCVSSIO.

Quod de cælo dixit Aristoteles, hoc de mundo transfert PICCOLOMINEUS.

MINEUS: qua de re suo etiam loco agetur. Hic tamen merito discutienda hæc est quæstio an positionis differentia toti mundo per se convenient. Aristoteles equidem libro quarto phys. sursum, & deorsum regioni tribuit elementari: cæteris tamen omissis differentiis: quæ magis etiam quam sursum, & deorsum competunt animalibus. At neq; totius hæc mundi sunt. Sursum enim & deorsum longe aliter in cælo describuntur: ubi polus antarcticus dicitur esse superior: & arcticus, inferior. Proinde si propterea sit animatus mundus, & ex se positionis habeat differentias: totus mundus, non unum, sed duo erit animalia. Semel enim duntaxat uni animali, positionis convenient differentia.

VI. Argumentum.

Praterea non adest in toto aliquo mutua consensio partium inter se, & earum cum toto, nisi una communis anima in toto reperitur. Magna & admirabilis in mundo resultat partium consensio, & dissensio: ex qua ortum ducit magia physica, per quam frequenter, moto uno, moventur alia, & unum trahit, vel pellit à se aliud.

An localis differentia toti mundo competant.
4. Ph. 4.
42.

2. cæl. 2. 15.

Mundus ob localis differentias animatus non est.

Magia physica in mundo quid prester.

Magna est in locis calidis muscarum copia. Quid hic de magia Physica dicit PICCOLOMINEUS? *Per magiam physicam frequenter uno mto, &c.* Quanam in mundi parte hoc frequenter usuvenit? An frequens est aut assidu⁹ cælorum motus? Forte magia physica non in cælo, vel mundo quaerenda est: sed in rebus mira confectis arte: qualia sunt inventa *αὐτόματα* dicta. Sed nihil hæc ad propositum faciunt: quin contrarium potius ostendant. Nam neq; vèrua nostra, neq; horologia sunt animata: in quibus pars una vel trahit, vel pellit alteram.

Nulla in toto partim est consensus: nisi adsit anima. Τὸ τοῦ μὲγαλίαν ἐστὶν αἴτιμα. Νὸ pudet homines sophistas talia deprecere postulata: sed homines philosophos produisse decet. At hoc ipse videtur etiam Aristoteles hisce verbis probasse: *Δοκεῖ γὰρ ἡ ψυχὴ τὸ σῶμα συνέχειν ἐξελθούσης ἐν διαπνεύσει, καὶ σήπεται.* Videtur enim anima corpus continere: qua exeunte corpus evanescit, & putrescit. Hic duplex nobis suppetit responsio. 1. De corporibus animalium hoc dicitur: non in universum de omnibus compositis corporibus

*Automata
corpora non
sunt anima-
ta.*

*1. Anima
s. 90.*

*Anima cor-
poris anima-
lis quomodo
continet.*

ribus. 2. Et hic alius etiam continendi corporis modus ostenditur: quam qui mundo possit competere. Non enim anima, corporis animati partes inter se connectit: sed eas saluari fovet calore: ne putrescant. Ipse nimirum partes sese ipsas sua continent soliditate & duritie: vel etiam ligamentis, membranis & aliis similibus mediis connectuntur. At mundo neque glutino, neque ligamentis opus est: quibus ejus partes suis in locis contineantur: neque anima, quæ putredinem ab eis avertat. Proinde iniqua est comparatio: si mundi partes, cum partibus animalium conferantur.

VII. Argumentum.

UT in particularibus animalibus nonnulla inspicimus fieri secundum naturam totius, contra naturam partis: ut dum brachio caput tegimus, vulnusque excipimus, pro salute totius: & id sit munere anime dirigentis. Ita in universo orbe multa eveniunt præter naturam partium, & secundum naturam totius: quod ex alio quam ex anima, proximè partes dirigente, non videtur posse fieri.

DISCUSSIO.

Mihi profecto tantum ingenii non est: ut perspicere possim, quid hic dicat

PIC-

Corporis animati partes sese ipsas continent.

Mundi partes cum partibus animalium conferri non debent.

An natura totius a natura partium discreta.

Sintne in mundo animalia universalia.

Natura in genere non errat.

Damnum partis pro salute totius

Partium naturam totius sequitur natura.

Mundi partis alicujus interitus non cedit in totius salutem.

PICCOLOMIN. Animalia forte particularia dicit: quomodo singulos dicimus homines. Quasi vero ulla in mundo sint animalia generalia, vel universalia: quales nonnulli volunt ideas fuisse Platoniorum. Hoc tamen puto spectasse P I C C O L O M I N E U M: in genere, vel specie non errare naturam: sed interdum, & in aliquibus individuis. Esto. Quid tum postea? *In mundo multa eveniunt preter naturam partium: quae sunt tamen secundum naturam totius.* Quenam ista quaeso sunt? Ita haec sunt: atq; si quis ictum ferientis, interjecto brachio, a capite avertat. Hoc partis damnum est pro salute partis. Et partis, & totius. Capitis enim magna vulnera saepe mort inferunt. Recte. Comparatum hoc unum est. Afferatur aliud in mundo. Male profecto differit P I C C O L O M. cum omittit ea, quae ad demonstrationem complendum sunt necessaria. Negatur in mundi partibus ita fieri quicquam: ut cum praeter naturam sit partium: secundum naturam tamen sit totius. Partium namq; naturam, totius sequitur natura. Qui possit igitur partis unius interitus, in salutem cedere totius? Aërem tolle, vel solē: utiq; mundum etiam sustuleris. Atq; eō magis etiam miror: quod talia in universo orbe profi-

profiteatur evenire PICCOLOMINEUS:
cum in cœlis nulla unquam acciderit mu-
tatio: si fides Aristoteli est habenda.

2. *Quod ex alio, quàm ex anima par-
tes dirigente, non videtur fieri.* Totius
hoc hominis est: ut tuendi causa capitis,
ictui brachium objiciat. Animæ hoc qui-
dem virtutè fit: quæ pro arbitrio brachiũ
regit, & movet. Nihil tamen in Mundo
conspicor, quod vel brachium, vel brachii
motum: vel ferientem, vel ejus ictum: vel
animam referat.

VIII. Argumentum.

Praterea id ipsum elici, & confirmari po-
tèst, considerando opera ad mundum per-
tinentia, quæ conspicue vitam ejus patefaciunt:
& præsertim generationem animalium ex pu-
tri. Non enim mundus aliis vitam posset tra-
dere, nisi viveret. At inspicimus frequenter
plantas sine præcurrente semine: & animalia
ex sola putri materia prodire. Est itaque ne-
cesse mundum cõmuni quadam vita vivere.

DISCVSSIO.

UNicum hic opus video: quod aliquo
modo mundi vitam arguere videa-

*Mundus
nisi viveret
aliis vitam
non trade-
ret.*

*Planta, &
animalia
quodã abs-
que semine
generantur.*

tur. Cujus etiam nomine judicavit Aristoteles, omnia quodam modo esse animæ plena. Quamvis autem hac de re jam à nobis actum sit: pauca tamen adjiciemus alia: quæ satis docebunt nullam hanc esse rationem. Si propterea mundus est animatus: quod ex materia putri procreet animalia: totum ego mundum merito crediderim esse putridum. Non enim aliâ esset animæ capax: nisi vel putris esset: vel ex putrida procreatus materia. Nimirum ita fieri oportet: ut ὁμόνομος sit animalium istorum generatio. Miror etiam si totus mundus: si terra tota est animata, cur non etiam lapides animentur: qui terræ fœtus sunt nō minus, quàm plantæ ex putri materia procreatæ. 2. Non enim mundus vitam aliis posset tradere: nisi viveret. Probetur mundum materiæ putri vitam conferre. Num putas materiæ putrefactæ vitam à mundo conferri: quomodo calor à sole vel igne circumquaq; in objecta corpora diffunditur? Mihi non ita videtur. Hic enim vita simul cum anima de novo generatur. Neq; est ut statuas solam esse μετασσειν, vel μεταληψιν, vel μεταμψύχωσιν: atq; si anima ex mundo, in putridâ transferretur materiam. Ita namq; posset etiam in quamvis aliam materiam non putrem trans-

Totus mundus est putridus.

Cur lapides ab animata terra non animentur.

Num mundus putri materiæ animam tribuat.

Num anima mundi putrem in materiam transferatur.

transferri. Sed propterea putredo ad animæ vermis, vel scarabei generationem requiritur: quod aliter in actum deduci nō posset, id quod vivens est potestate. Nimis etiam indistinctè dictum est, mundum aliis vitam tradere. Dicendum certè fuerat, ut perfecta esset demonstratio, quænam mundi pars: quibus qualitatibus, & viribus: Quo etiam modo, materiæ vitam tribuat putrescenti. Melius differuit Aristoteles: qui humiditatem, spiritum, animale inque posuit calorem. Nos a animali calori putridum substituimus. Hic enim ad animal generatum accedit proximè. Qui tamen à mundo non est, non putrido: sed ex materia putrescente. Quæro etiam: Aristotelicus animalis calor unde est? Num ex mundo? Mundanus esset, aut solaris: non animalis. Ex anima mundi. Parum hic Aristotelis & ingenium, & sententiam sapis: qui nō verè, sed aliquomodo censuit animatum esse mundum: & ideo quidem, non quod anima: sed quod vitalis calor p̄ omnia sit diffusus. Si namque mundus esset animatus: omnia verè, *ἀλλ' ἴσως, ἀδ' ἄλως*: non autem πῶς essent *ἀλλ' ἐν ψυχῇ*. 3. Est itaque necesse mundum quadam communi vita vivere. Miror an ulla possit esse vita communis. Prius hoc ta-

Quomodo mundus viventia faciat.

Calor putridus animalia generat.

Quomodo Aristoteles mundum animatum esse censuerit.

Sitne communis aliqua vita.

Quid Aristoteles vitam vocet communē. Mundus vitam planta vivit.

men discuti nō potest, quā intelligatur, quid sit vita communis. Dicam hic aliquid ex Aristotele: cum nihil dixerit P I C C O L O M I N E U S. Vita communis est, quæ omnibus competit viventibus. Quanam ista est? Vegetatrix: nutriens. Itane? Mundus ergo nutritur: vitamq; plantæ vivit: non equi: non hominis. Hæc nostrorum Peripateticorum est philosophia. Hæc tibi quaeso ut placet?

Mundus ex Deo proxime pendet. Animatus ergo est.

IX. Argumentum.
INsuper lucidissime id ostēditur, dum mundus ad Deum refertur. Cum enim mundus proxime ex Deo pendeat, qui est fons vite, rationi consentaneum est, quod vivat. Es præsertim quia mundus dicitur filius Dei: imago sensibilis, insensibilis Dei. Non autem hoc ei competeret, si vita esset expers.

DISCUSSIO.

Quam lucidum hoc est argumentum? Solem hoc imitatur: ut mundus hic Deum. Quidni dicam similiter esse animatum ut animatus est Sol: cujus ipsum lumen, lucemq; refert? Si mundus animatus est: etiam Sol est: & hoc etiam animatum est argumentum: καὶ ἔτι πάντων ψυχῆς ἐστὶ πλήρη. Animæ plena sunt omnia

omnia: ut ne capræ quidem rectè crepitū exceperis. Quid igitur? *Mundus ex Deo proximè pendet.* Suum PICCOLOMINEUS pendere non obliviscitur: uti neque D. Rupertus suam lagenam. Ut perfecta sit demonstratio: particularem indefinitam faciamus universalem. Quicquid ex Deo proximè pendet, id est animatum. Magnum debitum exigua pecunia non exsolvitur. Verum ut probetur id quod perimus: scire nos oportet, *quid sit à Deo proximè pendere quidpiam.* Id nempe est, quod Deus immediate, nulloque alio interveniente continet, ne cadat: ne pereat: ne non sit. Quæ igitur est ratio consecutionis? Quare animatum esse necesse est, quicquid immediate continet Deus? Quia Deus est fons vitæ. Credo equidem. At fons etiam est essentia cujusvis alterius, non viventis. An necesse est Deum propterea vitam omnibus cōferre, quæcunq; continet immediate, quod vitæ sit fons? Hic mihi videor conjicere posse, quid dicere voluerit PICCOLOMINEUS: neq; dicere potuerit. Deus necessarium est agens. Non ergo non potest non facere: sed necessario vivens facit, quicquid vivens facere potest. Mundum autem facere potuit viventem. Ut enim

focus.

Animatum est, quicquid ex Deo proximè pendet.

Quid à Deo pendere dicatur.

Deus vita fons est.

Deus agens est necessarium. Vita ergo tribuit: quibus tribuere potest.

omnium bonorum, sic & vitæ fons omnium, & origo est: pariq; facilitate vitam rebus, & essentiam tribuit. Mundum ergo viventem fecit. Nempe, si necessario facit Deus quicquid facere potest. Ita etiam dixerim pinguem pinguis nostri Leucippi canem esse ratione præditum. Huic enim Deus æquè rationem tribuere potuit, atq; mundo vitam. At fortè dices hunc canem à Deo non pendere proximè: quia mundus inter Deum & hunc canem medius intercedit. Vitam enim & essentiam huic cani Deus per mundū tribuit. Audi quæso quid dicam. 1. Mundus ergo non iis modò vitam tribuit, quæ ex putri materia nascuntur: sed iis etiam, quæ nascuntur ex femine. Malè igitur de specie dictum antè fuit, quod de genere dicendum fuerat. 2. Mundus neq; hunc, neq; alium ullum canem producere potest. Sed quia canes omnes ex femine generari necesse est: ne in infinitum fiat progressus: Deum oportet primos fecisse canes duos: unde cæteri omnes originem traxerint. Cum igitur primi canes à Deo pependunt immediate, quando facti sunt: quidni etiam iis rationem mentemq; concesserit Deus: qui non minus rationis, quam vitæ fons est: & vitam rebus non magis necessario, quam rationem tribuit? Ad

Joc^o de Leucippi canem.

Malè dicitur in specie: quod ingere dicit oportuit.

Primos canes fecit Deus: non a prima mundi.

Cur canibus rationem non dederit Deus: si necessarium agens est.

Ad mundum redeamus. Si vivens & animatus est mundus: ex corpore & anima constitutum quiddam est. Quæro igitur, *an mundi corp⁹ à Deo pendeat immediatè.* Quidni? Quare hoc ergo vivens nõ fecit? Nullũ per se corpus vivit. Nullum igitur est à Deo factũ immediatè. Mund⁹ quã corpus est non vivens, à Deo pendet immediatè: sed quã vivens est, à Deo pedit mediatè. Nam ab anima inter Deum, & mundum intercedente, mundus vitam habet. Falsum itaq; est, animatum, & vivens esse, quicquid à Deo pendet immediatè. Ita homines isti plurima pferunt admodum inconsideratè.

2. *Et præsertim quia mundus dicitur Dei filius.* Quis diabolorum hoc hominibus istis suggestit, adedò impiè philosophantibus? Olla cornuta, figuli filius est: aut filia: ne sexus negligatur discrimen. Egregius vero pater est, si filio suo sit similis. At nos tamẽ etiam filii Dei nuncupamur: qui Dii non sumus. Improperia certè locutio est. Talia dicuntur $\pi\theta\delta\varsigma\ \epsilon\nu\ : \pi\theta\delta\varsigma\ \mu\iota\alpha\nu$ $\phi\acute{\upsilon}\sigma\tau\iota\nu\ : \epsilon\phi\ \epsilon\nu\delta\varsigma$. Qui verè Dei filius est: etiam verè Deus est. Nos autem aliquomodo sumus Deo similes: ob quam similitudinem filii Dei appellamur. Atq; hæc similitudo non corporis est: sed animæ in-

Nullum corpus per se vivit.

Mundus non à Deo pendet.

Mundum non esse Dei filium.
Jocus.

Quomodo filii Dei sumus.

*Cur mundus
non pecca-
verit: si sit
intelligens.
Jocus serius.*

*Mundus
sensibilis ima-
go Dei est
insensibilis.*

*Cæli quomo-
do Dei glo-
riam enar-
rent.*

*Mundus po-
tentia Dei
est imago.*

*Vivētiama-
gis quā-
non viven-
tia, Dei po-
tentiam o-
stendunt.*

telligentis, puræ, & justæ. Mundus itaq; si filius Dei sit, etiam animâ præditus est intelligente. Quidni etiam ut nos peccaverit? Equidem peccavit: ut verba hæc apertè docent: *Hic est agnus Dei, qui tollit peccata mundi.* Nobis etiam aliquantū ludere liceat, & jocari: cum homines isti etiam absq; joco, tales effutiant in Deum, blasphemias.

3. *Imago sensibilis, insensibilis Dei.* Egregia vero hæc imago est. Ita etiam cælum assiduo motu, Dei dicitur immobilitatem imitari. Et ad hæc nobis excandescere non liceat? Haud inficiamur tamen, quia mundus Dei sit opus admirandum: ex cujus aspectu, & recta contemplatione Divinam agnoscimus potentiam, prudentiam, & bonitatem. Ita cæli dicuntur Dei gloriam enarrare. Quid tum vero, si mundus, non essentia quidem, sed potentia Divinæ sit imago? Num ob id vivere dicendus est? Minimè gentium. Nam substantia etiam nō viventes, eximia sunt Divinæ virtutis exemplaria. Sed hanc ipsam tamen quæ vivunt, magis, & melius ostentant. Equidem. Sed nō est necesse: ut omnia Dei opera sint æqualia. Manifesti certè sunt rerum gradus: ut quidvis non absolute, sed suo in genere perfectum sit, Deiq; referat potentiam.

SITNE

SITNE DEUS ANI-
MA MUNDI?

CAP. VI.

PICCOLOMINEUS ibidem.

Nequè apparet esse dicendum, eam communem animam esse Deum: tum quia efficiens non in idem venit cū forma operis: tum insuper quia Deus, qui absolute est ipsum universum, non rectè videtur posse dici pars, & anima, quia anima, alterius est anima. Non autem verè est aliquid absolutum, ut mens, & Deus: tum demum, quia, ut dicitur in 1. cœl. forma mundi est forma in materia: Deus ab omni materia est solutus: alioquin non posset movere semper. His accedit quod anima ponitur infra mentem: & proximè præest natura: quod Deo competere non potest: cuius proprium est, absolute cunctis præesse.

DISCVSSIO.

Rectè PICCOLOMINEUS Deum negat animam esse mundi. Rationes ejus etiam sunt satis firmæ. Nam idem nō potest ejusdem efficiens esse causa, & formalis. Quomodo idem sui ipsi-

Deus absolute est ipsum universum.

Cantilena Aristotelica.

Deus non præest natura immediate: sed anima.

idem nequit ejusdem ef-

factus, efficiens, & forma esse.

Deus nō est idipsum q̄ fecit.

Deus mundum informat; dum ei formam dat.

Forma licet corpus informat; seipsam tamen non facit.

Filius Dei, Christi hominis intellectiva est; instar anime: non forma.

Anima ut à forma desinat.

us & causa, & effectus est? Siquidem forma, efficientis effectus est. Hoc præclaram equidem præ se fert veri speciem. Si rem tamen expendamus acutiùs: aliter se habet. Animam certè cum forma confundenda non est. Deum censet PICCOLOMINIUS efficientem esse mundi causam. Rectè. Necesse est igitur, ut mundi formam fecerit: quæ mundi propria est essentia. Si vero hanc fecit Deus: hæc certè Deus non est. At nihil obstat tamen quin possit Deus operis sui esse anima: hoc est perficiens quidpiam. Neq; propterea mundi à Deo facti, Deus ipse pars est, quod cum informet, atq; perficiat. Anima etiam nostra, nostri corporis pars non est. At nostri tamen pars est. Et si Deus similiter anima mundi est: animati, viventisq; mundi pars erit. Utiq; Sed non ideo sui ipsius erit efficiens. Licet enim mundi sit efficiens: anima tamen ipsum perficientis, efficiens non erit. Filius Dei quam fecit, eandem quoq; perficit naturam hominis: & ita quidem: ut cum ipsa multò etiam artius in unitatem personæ conjungatur: quam anima cum corpore.

Minus itaque absurdum est, Deum animam esse mundi, quam formam. Hæc enim essentiæ factæ pars est: cum ani-

ma

ma perficiens ejus sit substantia: forte etiam non facta. Non equidem inficior, quin Deus Opt. max. quam fecerit substantiam, perficere possit: sive movendo, sive regendo. Ut tamen mundi sit anima: ratio nulla est. Nihil enim à se factum, ita perficit: ut cum eo unam constituat substantiam. Christum hic solum, salvatorem nostrum excipimus: quem Deus summo affectum honore, partem sui esse voluit: & cujus etiam pars esse voluit: ut jam non duæ sint substantiæ, sed una, Deus & homo. Quis Deum, & me crediderit unam complere substantiam? Et mihi certe Deus est, quam ipsi mundo conjunctior. Absurdum itaque dictum est, & impium: *Deum efficientem pariter, & formalem esse mundi causam.* Totum enim mundum fecit: & ita quidem perfectum fecit: ut alio non egeat perficiente. Præterea si natura corporea, mundo non esset satis: animam quoque creasset: quæ completeret id, quod ei detoret. Ita enim videmus in cæteris esse factum. Mundus ergo vel animatus non est: vel ejus anima, non ipse Deus est, sed Dei creatura. 2. Ratio. Tum insuper, quia Deus, qui absolute est ipsum universum, non videtur posse dici pars. Idem hic de Deo dicit PICCOLOMI-

Deus in unam essentiam cum nullo suorum operum jungitur: excepto Christo.

Nobis Deus est quam mundo conjunctior.

Anima, Dei vicari est ad perficienda corpora.

*Quid sit totum univ-
ersum.*

*Deus cū sit
infinitus: an
nullius alte-
rius substan-
tie pars esse
possit.*

*Deus nullā
ad substan-
tiam est a-
strictus.*

*Anima quo-
modo sit in-
fra mentem.*

NEUS, q̄ antè de mundo dixerat. Quid ergo est ipsum univēsum? Fortè totum quiddam. Ita quidvis erit ipsum univēsum: modò non sit pars alterius. Quomodo quilibet homo totum quiddam & integrum, nulliusq̄ rei pars est alterius. Sit ergo ipsum univēsum, totum infinitū: extra quod sc. nihil sit. Atq; ita rectè dicitur: *Deum propterea nullius rei partem esse posse: quod infinitus sit, totog; major quolibet.* Hic instantiam afferre possem: nolo tamen: cum res mihi cum Peripateticis est: qui res Theologicas extra philosophiæ limites velint esse exterminatas. Sed verè philosophi non sunt, qui sic sentiunt: uti neq; veri sunt Theologi: quicumq; philosophiam vel omninò rejiciunt: vel quantum: ubi: & quando lubet. 3. *Anima non est absolutum quiddam, ut mens, & Deus: sed aliquid est alterius.* Ita est. Anima est ad corpus perficiendum astricta. Deus autem substantia est simplicissima: in nulla alia consistens: ab alia nulla: & nullius alterius gratiā. Idem etiam docet Aristoteles, inquiens, primum movens à cælo, & omni materia sejunctum esse. Viderint hic tamen Peripatetici: quomodo cælum movere possit: si ab eo sit sejunctum. 4. *His accedit, quod anima ponitur infra men-*

1000. Meritò dubitatur, an mens substan-
 tia sit; an vero sit essentia quædam, vel
 facultas in alio consistens. Angelos, men-
 tes dici: non probo. Quomodo igitur a-
 nima est infra mentem? An quod menti
 subjiciatur? Ita mens nostra, non per se,
 extra animam, sed in anima nostra confi-
 sit: ad quam magis astricta est, quàm ani-
 ma sit ad corpus. Si tamen mentem pro
 substantia intelligente sumas: nullam ad
 materiam astrictam rectè dixeris. Quod
 autem dicitur, *animam naturæ præesse*: ve-
 rum non est: nisi distinctius, & limitatius
 efferatur. Anima namq; non absolutè na-
 turæ præest: sed eorum corporum naturæ,
 quæ vitam habent potestate. Mundo
 namq; præesse animam falsum est, vel cer-
 tè controversum. Siq; mundo quæpiam
 alia substantia præsit: utique Deum esse
 crediderim: quem certū etiam est omnia
 condidisse, & præesse omnibus. Sed P I C-
 C O L O M I N E U S animam mundi, mundo
 censet propriè præesse: cui Deus etiam
 præsit: at comunitè tamen. Quid com-
 muni opus est præside: si proprius adlit?
 Hic suum forte non faceret officium: nisi
 alius adesset præses, inspector, & di-
 rector. Miros homines isti
 gryllos excogitant

*Angeli non
 sunt mentes*

*Anima cui
 naturæ præ-
 sit.*

*Deus crea-
 turis præest
 omnibus.*

*Deus com-
 munitè mun-
 di præses est.*

SIMPLICII DE ANIMA
NUNDI SENTENTIA

C A P. VII.

In proœmio libri de anima.

Fortassis Aristoteles per ea, quæ de nostræ mentis eminentia dixit, censeat deducere nos, ad celestium animam. Eam enim, quæ universi est, animam, ait utique talem esse, qualis aliquando est vocata mens. Neque enim est qualis anima sentiens, vel concupiscens: sed est pura, & intelligens ipsius universi anima, tota per se totam, non mixta cum secundis istis vitis: quoniam non declinat in corpora: neque ipsa est corporum, sed corpora sunt ejus in seipsa manentis: ideo ejus quoque latitudo orbicularis est, ob sui totius conversionem in totam.

DISCUSSIO.

*Simplicii
nuga.*

Hic certè Simplicius, simplex non fuit: qui tanta confusione, tantas nugæ comminisci potuit. 1. Unde agnovit Simplicius aliquam esse universi animam? Sua somnia narrat, neq; tamen quicquam eorum, quæ adeo temerè asseverat, ullo modo vel probat, vel explicat. 2. Ani-

ma

ma mundi, non est talis anima, quales istae sunt. Quenam istae? Simplicii, & Avetrhois. Quales igitur sunt? *Uta, quae vocatur mens.* Quamobrem? *Quia non sentit: non concupiscit.* Credo non concupiscere. Quenam enim ei foemina possit esse satis magna? Sed mentem quae non sentiat: truncum dixerim esse potius, quam mentem: qua de re suo loco. *Neque etiam corporum est.* Hic habemus aliquod animarum genus, praeter eas de quibus egit Aristoteles. Animam esse, quae nullius sit corporis: perinde est, atque si dicas tripodem esse, qui pedes non habeat. *Non declinat in corpora.* Quare igitur anima mundi esse dicitur: si non est in corporibus: quae sunt ipse mundus? *Sed corpora sunt ejus in seipsa manentis.* Quodnam quieso fuit unquam Apollinis oraculum magis obscurum, & ambiguum: quam hoc sit Simplicianum mysterium? Penes dixi nugas inanes, & commentitias. Quare quieso corpora dicuntur esse animae potius: quam animae corporum? Quid etiam est *animam in seipsa manere?* Conjiciendum est. Qui nudus est, in seipso est: sed qui vestitus est, in vestibus est. Anima mundi cum in nullo est corpore, in seipsa manere dicitur. Dicam aliud. Quicquid est, ut est, in sci-

Foccus.

*Mens absq;
sensu, truncus est.*

Anima non est: quae non alicujus sit corporis.

Simplicianum mysterium.

Corpus: anima sit potius: quam anima corporis.

Quomodo anima sit in seipsa.

*7oc^o de Leu-
cippi cane.*

*Malè dici-
tur in specie:
quod inge-
rere dicitur o-
portuit.*

*Primos ca-
nes fecit De-
us: non a-
nima mun-
di.*

*Cur canib⁹
rationē non
dederit De-
us: si neces-
sariū agens
est.*

omnium bonorum, sic & vitę fons omnīs,
& origo est: pariq; facilitate vitam rebus,
& essentiam tribuit. Mundum ergo vi-
ventem fecit. Nempe, si necessariō facit
Deus quicquid facere potest. Ita etiam di-
xerim pinguem pinguis nostri Leucippi
canem esse ratione præditum. Huic enī
Deus æquē rationem tribuere potuit, atq;
mundo vitam. At forte dices hunc canem
à Deo non pendere proximē: quia mun-
dus inter Deum & hunc canem mediū in-
tercedit. Vitam enim & essentiam huic
cani Deus per mundū tribuit. Audi quæ-
so quid dicam. 1. Mundus ergo non iis
modō vitam tribuit, quæ ex putri materia
nascuntur: sed iis etiam, quæ nascuntur
ex semine. Malè igitur de specie dictum
antè fuit, quod de genere dicendum fue-
rat. 2. Mundus neq; hunc, neq; alium
nullum canem producere potest. Sed quia
canes omnes ex semine generari necesse
est: ne in infinitum fiat progressus: Deum
oportet primos fecisse canes duos: unde
cæteri omnes originem traxerint. Cum
igitur primi canes à Deo pependissent im-
mediatē, quando facti sunt: quidni etiam
iis rationem mentemq; concesserit Deus:
qui non minus rationis, quàm vitæ fons
est: & vitam rebus non magis necessariō,
quàm rationem tribuit? Ad

Ad mundum redeamus. Si vivens & animatus est mundus: ex corpore & anima constitutum quiddam est. Quæro igitur, *an mundi corp^o à Deo pendeat immediatè.* Quidni? Quare hoc ergo vivens nõ fecit? Nullũ per se corpus vivit. Nullum igitur est à Deo factũ immediatè. Mund^o quã corpus est non vivens, à Deo pender immediatè: sed quã vivens est, à Deo pēdet mediātè. Nam ab anima inter Deum, & mūdum intercedente, mundus vitam habet. Falsum itaq; est, animatum, & vivens esse, quicquid à Deo pender immediatè. Ita homines isti plurima pferunt admodum inconsideratè.

2. *Et præsertim quia mundus dicitur Dei filius.* Quis diabolorum hoc hominibus istis suggessit, adedò impiè philosophantibus? Olla cornuta, figuli filius est: aut filia: ne sexus negligatur discrimen. Egregius verò pater est, si filio suo sit similis. At nos tamē etiam filii Dei nuncupamur: qui Dii non sumus. Improperia certè locutio est. Talia dicuntur *πῆδός ἐν: πῆδός μίαν* *φύσιν: ἐφ' ἐνός.* Qui verè Dei filius est: etiam verè Deus est. Nos autem aliquomodo sumus Deo similes: ob quam similitudinem filii Dei appellamur. Atq; hæc similitudo non corporis est: sed animæ in-

Nullum corpus per se vivit.

Mundus non à Deo pender.

Mundum non esse Dei filium.

Quomodo filii Dei sumus.

*Cur mundus
non pecca-
verit: si sit
intelligens.
Jocus serius.*

*Mundus
sensibilis ima-
go Dei est
insensibilis.*

*Cæli quomo-
do Dei glo-
riam enar-
rent.*

*Mundus po-
tentia Dei
est imago.*

*Vivētia ma-
gis quàm
non viven-
tia, Dei po-
tentiam o-
stendunt.*

telligentis, puræ, & justæ. Mundus itaq; si filius Dei sit, etiam animâ præditus est intelligente. Quidni etiam ut nos peccaverit? Equidem peccavit: ut verba hæc apertè docent: *Hic est agnus Dei, qui tollit peccata mundi.* Nobis etiam aliquantū ludere liceat, & jocari: cum homines isti etiam absq; joco, tales effutiant in Deum blasphemias.

3. *Imago sensibilis, insensibilis Dei.* Egregia vero hæc imago est. Ita etiam cælum assiduo motu, Dei dicitur immobilitatem imitari. Et ad hæc nobis excandescere non liceat? Haud inficiamur tamen, quin mundus Dei sit opus admirandum: ex cujus aspectu, & recta contemplatione Divinam agnoscimus potentiam, prudentiam, & bonitatem. Ita cæli dicuntur Dei gloriam enarrare. Quid tum vero, si mundus, non essentiæ quidem, sed potentiæ Divinæ sit imago? Num ob id vivere dicendus est? Minimè gentium. Nam substantiæ etiam nō viventes, eximia sunt Divinæ virtutis exemplaria. Sed hanc ipsam tamen quæ vivunt, magis, & melius ostendant. Equidem. Sed nō est necesse: ut omnia Dei opera sint æqualia. Manifesti certe sunt rerum gradus: ut quidvis non absolute, sed suo in genere perfectum sit, Deiq; referat potentiam.

SITNE

SITNE DEUS ANI-
MA MUNDI?

CAP. VI.

PICCOLOMINEUS ibidem.

NEquè apparet esse dicendum, eam communem animam esse Deum: tum quia efficiens non in idem venit cū forma operis: tum insuper quia Deus, qui absolute est ipsum universum, non rectè videtur posse dici pars, & anima, quia anima, alterius est anima. Non autem verè est aliquid absolutum, ut mens, & Deus: tum demum, quia, ut dicitur in 1. cæl. forma mundi est forma in materia: Deus ab omni materia est solutus: alioquin non posset movere semper. His accedit quod anima ponitur infra mentem: & proximè præest naturæ: quod Deo competere non potest: cuius proprium est, absolute cunctis præesse.

DISCVSSIO.

RECTÈ PICCOLOMINEUS Deum negat animam esse mundi. Rationes ejus etiam sunt satis firmæ. Nam idem nō potest ejusdem efficiens esse causa, & formalis. Quomodo idem sui ipsi-

Deus absolute est ipse universum.

Cantilena Aristotelica.

Deus non præest naturæ immediate: sed animæ.

idem nequit ejusdem ef-

fectus, efficiens, & forma esse.

Deus nō est idipsum q̄ fecit.

Deus mundum informat: dum ei formam dat.

Forma licet corpus informet seipsam tamen non facit.

Filius Dei, Christi hominis intellectus est: instar anima: non forma.

Anima ut à forma desinat.

us & causa, & effectus est? Siquidem forma, efficientis effectus est. Hoc præclaram equidem præ se fert veri speciem. Si rem tamen expendamus acutiùs: aliter se habet. Anima certè cum forma confundenda non est. Deum censet PICCOLOMINIUS efficientè esse mundi causam. Rectè. Necesse est igitur, ut mundi formam fecerit: quæ mundi propria est essentia. Si vero hanc fecit Deus: hæc certè Deus non est. At nihil obstat tamen quin possit Deus operis sui esse anima: hoc est perficiens quidpiam. Neq; propterea mundi à Deo facti, Deus ipse pars est, quod cum informet, atq; perficiat. Anima etiam nostra, nostri corporis pars non est. At nostri tamen pars est. Et si Deus similiter anima mundi est: animati, viventisq; mundi pars erit. Utiq;. Sed non ideo sui ipsius erit efficiens. Licet enim mundi sit efficiens: animæ tamen ipsum perficientis, efficiens non erit. Filius Dei quam fecit, eandem quoq; perficit naturam hominis: & ita quidem: ut cum ipsa multò etiam artius in unitatem personæ conjungatur: quam anima cum corpore.

Minus itaque absurdum est, Deum animam esse mundi, quam formam. Hæc enim essentiæ factæ pars est: cum ani-

ma

ma perficiens ejus sit substantia: forte etiam non facta. Non equidem inficior, quin Deus Opt. max. quam fecerit substantiam, perficere possit: sive movendo, sive regendo. Ut tamen mundi sit anima: ratio nulla est. Nihil enim à se factum, ita perficit: ut cum eo unam constituat substantiam. Christum hic solum, salvatorem nostrum excipimus: quem Deus summo affectum honore, partem sui esse voluit: & cujus etiam pars esse voluit: ut jam non duæ sint substantiæ, sed una, Deus & homo. Quis Deum, & me crediderit unam complere substantiam? Et mihi certe Deus est, quam ipsi mundo conjunctior. Absurdum itaque dictu est, & impium: *Deum efficientem pariter, & formalem esse mundi causam.* Totum enim mundum fecit: & ita quidem perfectum fecit: ut alio non egeat perficiente. Præterea si natura corporea, mundo non esset, satis animam quoq; creasset: quæ compleret id, quod ei deficeret. Ita enim videmus in cæteris esse factum. Mundus ergo vel animatus non est: vel ejus anima, non ipse Deus est, sed Dei creatura. 2. Ratio. *Tum insuper, quia Deus, qui absolute est ipsum universum, non videtur posse dici pars.* Idem hic de Deo dicit PICCOLOMI-

Deus in unam essentiam cum nullo suorum operum jungitur: excepto Christo.

Nobis Deus est quam mundo conjunctior.

Anima, Dei vicari est ad perficienda corpora.

*Quid sit totum univ-
ersum.*

*Deus cū sit
infinitus: an
nullius alte-
rius substan-
tia pars esse
possit.*

*Deus nullā
ad substan-
tiam est a-
strictus.*

*Anima quo-
modo sit in-
fra mentem.*

NEUS, & antè de mundo dixerat. Quid ergo est ipsum universum? Fortè totum quiddam. Ita quidvis erit ipsum universum: modò non sit pars alterius. Quomodo quilibet homo totum quiddam & integrum, nulliusque rei pars est alterius. Sit ergo ipsum universum, totum infinitū: extra quòd sc. nihil sit. Atq; ita rectè dicitur: *Deum propterea nullius rei partem esse posse: quod infinitus sit, totoq; major quolibet.* Hic instantiam afferre possem: nolo tamen: cum res mihi cum Peripateticis est: qui res Theologicas extra philosophiæ limites velint esse exterminatas. Sed verè philosophi non sunt, qui sic sentiunt: uti neq; veri sunt Theologi; quicumq; philosophiam vel omninò rejiciunt: vel quantum: ubi: & quando lubet. 3. *Anima non est absolutum quiddam, ut mens, & Deus: sed aliquid est alterius.* Ita est. Anima est ad corpus perficiendum astricta. Deus autem substantia est simplicissima: in nulla alia consistens: ab alia nulla: & nullius alterius gratia. Idem etiam docet Aristoteles, inquiens, primum movens à cælo, & omni materia sejunctum esse. Viderint hic tamen Peripatetici: quomodo cælum movere possit: si ab eo sit sejunctum. 4. *His accedit, quod anima ponatur infra mentem.*

rem. Meritò dubitatur, an mens substan-
 tia sit: an vero sit essentia quædam, vel
 facultas in alio consistens. Angelos, men-
 tes dici: non probo. Quomodo igitur a-
 nima est infra mentem? An quod menti
 subjiciatur? Ita mens nostra, non per se,
 extra animam, sed in anima nostra confi-
 sit: ad quam magis astricta est, quàm ani-
 ma sit ad corpus. Si tamen mentem pro
 substantia intelligente sumas: nullam ad
 materiam astrictam rectè dixeris. Quod
 autem dicitur, *animam naturæ præesse*: ve-
 rum non est: nisi distinctius, & limitatius
 efferatur. Anima namq; non absolutè na-
 turæ præest: sed eorum corporum naturæ,
 quæ vitam habent potestate. Mundo
 namq; præesse animam falsum est, vel cer-
 tè controversum. Siq; mundo quæpiam
 alia substantia præsit: utique Deum esse
 crediderim: quem certū etiam est omnia
 condidisse, & præesse omnibus. Sed P I C-
 C O L O M I N E U S animam mundi, mundo
 censet propriè præesse: cui Deus etiam
 præsit: at comūiter tamen. Quid com-
 muni opus est præside: si proprius adlit?
 Hic suum forte non faceret officium: nisi
 alius adesset præses, inspector, & di-
 rector. Miros homines isti
 gryllos excogitant

*Angeli non
sunt mentes*

*Anima cui
naturæ præ-
sit.*

*Deus crea-
turis præest
omnibus.*

*Deus com-
munis mun-
di præses est.*

SIMPLICII DE ANIMA
MUNDI SENTENTIA

CAP. VII.

In proœmio libri de anima.

Fortassis Aristoteles per ea, quæ de nostra mentis eminentia dixit, censet deducere nos, ad celestium animam. Eam enim, quæ universi est, animam, ait utique talem esse, qualis aliquando est vocata mens. Neque enim est qualis anima sentiens, vel concupiscens: sed est pura, & intelligens ipsius universi anima, tota per se totam, non mixta cum secundis istis vitis: quoniam non declinat in corpora: neque ipsa est corporum, sed corpora sunt ejus in seipsa manentis: ideo ejus quoque latitudo orbicularis est, ob sui totius conversionem in totam.

DISCUSSIO.

*Simplicii
nuga.*

Hic certè Simplicius, simplex non fuit: qui tanta confusione, tantas nugæ comminisci potuit. 1. Unde agnovit Simplicii⁹ aliquam esse universi animam? Sua somnia narrat, neq; tamen quicquam eorum, quæ adeo temerè asleverat, ullo modo vel probat, vel explicat. 2. Ani-

ma mundi, non est talis anima, quales istæ sunt. Quænam istæ? Simplici, & Averrhois. Quales igitur sunt? *Ut ea, que vocatur mens.* Quamobrem? *Quia non sentit: non concupiscit.* Credo non concupiscere. Quænam enim ei fœmina possit esse satis magna? Sed mentem quæ nõ sentiat: truncum dixerim esse potius, quàm mentem: qua de re suo loco. *Et que etiam corporum est.* Hic habemus aliquod animarum genus, præter eas de quibus egit Aristoteles. Animam esse, quæ nullius sit corporis: perinde est, atq; si dicas tripodem esse, qui pedes non habeat. *Non declinat in corpora.* Quare igitur anima mundi esse dicitur: si non est in corporibus: quæ sunt ipse mundus? *Sed corpora sunt ejus in seipsa manentis.* Quodnam quæso fuit unquam Apollinis oraculum magis obscurum, & ambiguum: quàm hoc sit Simplicianũ mysterium? Penè dixi nugas inanes, & commentitias. Quare quæso corpora dicuntur esse animæ potius: quàm animæ corporum? Quid etiam est *animam in seipsa manere?* Conjiciendum est. Qui nudus est, in seipso est: sed qui vestitus est, in vestibus est. Anima mundi cum in nullo est corpore, in seipsa manere dicitur. Dicam aliud. *Quicquid est, ut est, in sci-*

Focus.

*Mens absq;
sensu, truncus est.*

Anima non est: que non alicujus sit corporis.

Simplicianum mysterium.

Corpus: anime sit potius: quam anima corporis.

Quomodo anima sit in seipsa.

*Nullius en-
tis esse est
inesse.*

*Inesse, omni-
bus compe-
tit acciden-
tibus: quo-
rum multi-
plex tamen
est differen-
tia.*

*Anima mū-
di, quando
maneat in
seipsa.*

pso est. Neq; probo id quod vulgo jacti-
tant argutuli: *accidentium esse nil esse, nisi
inesse.* Nam per se ipsa oportet esse aliquid,
ut inesse possint. Neq; eorum ullum esset
discrimen: si nihil ipsorum aliud esset,
quàm inesse. Nam inesse similiter compe-
tit omnibus. Verùm de his aliàs copiosi-
us. Animam autem in seipsa manere di-
cimus: *in seipsa* quod non sit semper in seipsa:
sed quod interdum extra se aliquid opere-
tur. Quomodo sentit, q̄ sunt extra ipsam:
vel corpus movet. Aut etiam si cum alio
differat quispiam. Tum ergo dicitur in
seipsa manere: quando suas intra se con-
tinet actiones. Quales sunt imaginatio:
memoria: cogitatio: rerum jam acquisi-
tarum contemplatio: amor: odium: læti-
tia &c.

Hoc igitur ad animam mundi refera-
tur. Hujus sunt corpora: quando ipsa in
seipsa manet: hoc est, quando rerum ipsa
suarum intra se satagit: nec curat, nec co-
gitat, nec amat, nec appetit quicquã quod
sit alterius. Quare igitur corpora tum ejus
sunt? Ego certè judicaverim hoc in statu,
ipsam sibi ipsi soli esse: suamq; ipsius esse,
non alterius: & ita etiam, nihil ejus esse.
Si vero corpora que verè sunt extra ipsam,
intra se ipsa meditentur: tum fortè aliquo-
modo

modo verum erit, corpora quæ intra se habet, atq; contemplatur, ipsius esse. 3. *Ideo ejus quoque latio est orbicularis, ob sui totius conversionem in totam.* Ecce mysterium. Anima mundi tota in seipsam totam convertitur. Quando? Si maneat in seipsa. Totus stupeo: totum mihi caput vertigine agitur. at nescio tamen meane sit ista vertigo, an alterius. Densa utiq; vertigo tum Simplicium habebat: cum hisce phantasmatis indulgeret. Pergamus interim. Anima mundi cum in seipsa manet, intra se vertitur. Non enim vertitur, ubi non est. Quomodo vertitur? Ego nescio: velim me hic erudiri: quando non sum, Dei gratiâ, vertiginosus. At magis id etiam miror, quod de latio dicitur. *Ejus latio est orbicularis.* Quid? An fertur, aut movetur ipsa orbiculariter? Ita movetur: si hæc ejus est latio. Non enim ferentis, latio est: sed lati. Vapulabis profecto: si redivivus advenierit Aristoteles: qui primum movens, omnino censuit esse immobile: quam equidem puto animam esse Simplicianam: Verum age: sit activa hæc latio. Anima mundi propterea mundum movet orbiculariter: quod ipsa in seipsa maneat. Hoc nempe est, ut dicitur, arces in Hispania extruere: vel in alto ma-

Aliud Simplicii mysterium.

Focus.

Num anima mundi moveatur orbiculariter.

Anima Simpliciana quid sit.

Anima in seipsa ma-

*mens, nihil
mouet.*

50 DE MUNDO

ri arbores serere. Antea diximus animata
nullas extra se actiones proferre, cum in
se ipsa manet. Ita nullam mouet corpo-
ris partem. Quis potest igitur anima cœ-
lum mouere tum orbiculariter: quando
ipsa in seipsa manet? Hi præclari sunt fru-
ctus istius inanis, & commentitiæ arboris:
quales in alto mari multæ sunt.

SITNE MUNDUS
ANIMATUS?

C A P. VIII.

NEGATUM DEMONSTRATUR.

I. Argumentum.

*ψ. anima 5.
86.*

ΚΑΙ ἐν τῷ ὄλῳ ἡ πίνες αὐτὴν μεμίχθαι φαίσι.
ὅθεν ἴσως καὶ θαλάσσης ὠνήθη πάντῃ πλήρη θεῶν,
εἶναι. τὸ ἔχει πινὰς ἀπερίας. Διὰ τίνα μὲν γὰρ
αἰτίαν ἐν τῷ ἀέρι, ἢ ἐν τῷ πυρὶ ἔσσι ἡ ψυχὴ, καὶ
ποιεῖ ζῶον. ἐπιζητήσῃ δὲ ἂν τίς, καὶ διὰ τίνα αἰτί-
αν ἢ ἐν τῷ ἀέρι ψυχὴ, τῆς ἐν τῆς ζῴοις βελτίων ἐ-
σι καὶ ἀθανατωτέρω.

87.

Συμβαίνει ἡ ἀμφοτέρως ἀποπν καὶ πῦρ ἀλάσ-
γον. Ἐ δὲ τὸ λέγειν ζῶον τὸ πῦρ, ἢ τὸ ἀέρα, τὸ πῦρ
λογότερον ἐστὶ. καὶ μὲν λέγειν ζῶον, ψυχῆς ἐκσυλῆς,
ἀποπν.

Et

Et judicantur aliqui in toto ipsam
 misceri. Unde etiam forte censuit
 Thales, omnia Diis esse plena. Hoc
 autem aliquas habet dubitationes.
 Quam enim ob causam, quæ in aëre,
 vel igne est anima, non faciat ani-
 mal. Quærat etiam aliquis, qua de
 causa quæ in aëre est anima, meli-
 or sit, & magis immortalis, quam quæ
 in animalibus est.

Utrumque autem absurdum esse
 contingit, & præter rationem. Ignem
 enim vel aërem animal esse dictum est
 absurdissimum. Et animalia non esse,
 cum animam habeant, absurdum
 est.

Quid hisce dici potuit apertius? Qua-
 re igitur ab hac Aristotelis sententia non
 recentiores modò, verumetiam veteres
 Peripatetici recessere? PICCOLOMI-
 NEUM hic audiamus, quam callidè sese
 hinc extricare conetur. *Quare communis
 illa anima, distincta ab eà primi mobilis, re-
 dundans penitus judicanda est. Et in hac si-
 gnificatione Aristoteles 1. de anima, adversus
 illam disputat.* Ita censet PICCOLOMI-
 NEUS Aristotelem una totius anima esse

*Anima,
 & corpus
 id, in quo
 est, anima
 faciunt.*

*Aristoteles,
 elementa ne-
 gat esse ani-
 mata.*

Cap. 30.

*Aristoteles
 unam mundum*

*dotius ani-
mam ponit.*

*Mundum
Aristoteles,
animatum,
esse negat.*

contentum: quæ consistens in primo mobili, suas inde vires in universum orbem diffundat. Ergone fatetur Aristoteles animatum esse mundum? Utiq; fatetur: sed unam duntaxat animam admittit. Errat certè toto cælo P I C C O L O M I N E U S: etsi planeta non est. Non enim hic, & aliis in locis duplicem rejicit Aristoteles animam mundi, & unam recipit: sed simpliciter, & absolutè mundum negat esse animatū. Quod enim de igne, & aëre dicit: de cæteris etiam omnibus mundi partibus est accipiendum: utpote quarum eadem sit ratio. Ut ignis animal sit: una satis est anima. Quare igitur ignem Aristoteles animal esse negat: si communem aliquam mundi animam esse fatetur? An mundus est animatus: si nec aër, nec ignis, nec ejus ulla pars alia est animata? *Cum negat Aristoteles ignem habere animam: solum illam rejicit animam: qua sit distincta ab anima primi mobilis.* Unde ad nos istæ muscæ advolant? Ex Italia. Quid quæso non liceat comminisci: quando viri tanti, tamque celebres talia audent asserere, quæ sunt evidenter falsa? Non duas rejicit Aristoteles animas: sed omnes absq; omni exceptione: ut ne unam quidè admittat: quæcunq; modò sit. Si verba non curas Aristotelis

stotelis

Stotelis: rationem ejus expende. *Nec aer animal est, nec ignis. Nullam igitur habent animam.* Nullam dico: ne putes, hoc nonnisi de anima quapiam ab anima primi mobilis distincta, esse intelligendum. Quæ autem est consecutionis ratio? *Si quam haberent animam: essent animalia. Quid hic negas? Animalia forte non sunt: licet animã habeant: Sed partes sunt unius animalis: mundi videlicet animati. Neque planta sunt animalia, quamvis animata sint. Præterea licet una cõmunisq; sit anima mundi totius: hac tamen non est immixta mundi partibus. Atq; hoc est quod in veteribus reprehendit Aristoteles: οἱ τὶ ψυχὴν φασὶν ἐν τῷ ὅλῳ μεμίχθαι: in universo qui censuerunt animam esse mixtam.*

Ad hæc breviter proposita, breviter etiam respondebimus. 1. *Non esse animal quicquid animam habet: duabus ostenditur instantiis: tum quia planta: tum quia partes animalium, licet animata sint, animalia tamen non dicuntur.* Ego vero plantas, animam habere pernego: in quibus nihil est, quod naturæ vires superet. Qua de re aliàs à nobis actum est copiosè. Ad animalium vero partes quod attinet: harum longè alia ratio est, quàm partium mundi. Nam hæc coniuuæ, vel adnatæ non sunt:

Mundi partes singulae, licet animatae sint: animalia tamen non sunt.

Planta non sunt animata.

Mundi par

*res à se invi-
cem separa-
te sunt.*

*Mundus ex
toti costat.*

*Absurdum
est, animal
non esse cor-
p^o id, in quo
est, anima.*

*Anima cū
corpore non
miscetur.*

*An mundi
anima sit in
solo primo
mobili: ut
nostra in
serde est.*

ut corpus unum, aut animal unum efficiant. Hinc in libello de mundo, rectè mundus esse dicitur τὸ ὅλον τὰ ἴσα τε καὶ διακόσμησις: totorum ordo pariter, & ornatus. Quid vero discriminis sit inter τὰ ὅλα, καὶ τὰ μέρη, satis est conspicuum. Tota nempe sunt, quæ separata sunt: quomodo separatus est aër ab aqua: partesq; cæteræ à se invicem. Præterea simpliciter & nulla adhibita exceptione dicit Aristoteles absurdum esse: quisquis putet aërem animā habere: neq; tamen esse animal. Καὶ μὴ λέγει ζῶον ψυχῆς ἐνάσης, ἄτοπον. Quod vero dicitur de anima mundi: hanc videlicet nulli corpori esse inmixtam: nihil etiam ad rem facit. Nam ut animal faciat anima: satis est si corpori, quod perfectura est ita insit: ut omnibus eius partibus vitam, viresq; suas conferre possit. Nulla hic opus est mixtione. Dicatur etiam anima illa, quam à mundo rejicit Aristoteles, ita in mundo esse: quomodo anima primi mobilis, in ipso est. Quid tum amplius?

Una fortè adhuc effugiendi via, & ratio est: si dicat P I C C O L O M I N. mundi animam nec in igne esse, nec in aëre: sed in sola suprema sphaera: suasq; vires per univèrsam orbem diffundere: quæ cum anima ipsa non sint: eas quibus conferun-

tur

tur partes, animalia non faciant. Neque nobis hoc est satis. Non enim per omnes animalium partes extensa est anima: qua partes tamen animatae sunt. Neq; ob id solius cordis anima est, sed totius corporis. At unumquodq; tamen animal, suam habet animam, quae non sit alterius. Licet ergo aër, & ignis animae communis vires habeant: animalia tamen non sunt: cum propriam non habeant animam. Equidem si non nisi una sit anima: non possunt animalia esse plura. Sed unius tamen animalis partes animatae sunt complures, in quas ejus animae vires distribuuntur. Aër igitur animatus est, & ignis: neq; tamen animalia sunt. Perinde absurdum est: siue animalia: siue unius animalis partes dicas esse. Si namq; praeter rationem est, aërem esse animal: etiam rationi minimè est consentaneum, totum mundum esse animal. Hoc etiam velim expendas. Si aër, & ignis propterea non sunt animalia: quod propriam non habeant animam: malè veteres refutavit Aristoteles: utpote qui non nisi unam totius mundi animam esse statuerint. Denique cum mundi partes non sint ita compositae: ut unum corpus, & unum animal facere possint: ut omnes, & singulae possint animari & vivere: vel tot

*Anima una
plura non fa-
cit anima-
lia.*

*Si aër, ani-
mal non est:
neque totus
mundus est.*

*Aut multae
oportet esse
animas in
mundo.*

*di: aut unā
per totum
diffusam.*

oportet esse animas, quot mundi partes sunt: vel unam oportet esse animam, quæ per totum mundum diffusa sit.

II. Argumentum.

*1. anima 3.
53.*

*Fabule de
anima Py-
thagorica.*

*Diversis a-
nimabus, di-
versa con-
veniunt cor-
pora.*

*Anima cor-
poreis indi-
get instru-*

Πρὸς ἣ τὰ δεξιόμενα σώματος, ἔδ' ἐν ἐπιπροσ-
διορίζουσιν, ὡσπερ ἐνδεχόμενον καὶ τὰς Πυθα-
γορικὰς μύθους, καὶ τυχεῖσαν ψυχὴν εἰς τὸ τυχεῖον
ἐνδύεσθαι σῶμα, διακεῖ γὰρ ἕκαστον, ἴδιον ἔχειν εἶ-
δος, καὶ μορφήν. De corpore autem ani-
mam recepturo nihil amplius defi-
niunt; atq; si, prout in fabulis habe-
tur Pythagoricis, quodlibet corpus
quamvis suscipere possit animam.
Suam enim speciem, & formam ha-
bet unumquodque,

Si rectè Pythagoricam Aristoteles idea
repræhendit μετεμψύχων: quod diversis
animabus diversa etiam convenient corpora:
quantò magis si repræhensione dig-
ni sunt: qui terram, ignem, astra, sphæ-
rasq; cœlestes judicant esse animatas? Le-
onis corpus si non sit ad suscipiendum a-
sini animam idoneum: ad aliquam tamen
animam est p̄bè comparatū. Aër autem,
& sphæra cœlestes, nullam in seipsis ha-
bent particulā, quæ ullius sit animæ capax.

Nulla

Nulla namque est anima, quæ vitam ulli corpori conferre possit: nisi competentia vitæ præstò sint instrumenta. Nulla itaque mundi pars est, quæ sit vitæ capax. Non est existimandum, vitam quæ corpori ab anima communicatur, esse caloris instar: qui facile in quævis corpora sese insinuat. Parte hic opus est aliqua non fluxa, non mobili: quæ firmam præbeat animæ sedem. Cor nos hanc dicimus: quod vitæ fons, & officina est necessaria, sanguinis arteriosi, spirituumque vitalium. Aut certè partem esse necesse est aliam: quæ cordis loco sit: τὸ τῆ καρδίας μέρος ἀνάλογον. Quin & cum hac ipsa parte cæteras omnes animati corporis partes oportet coherere firmiter: ut firma etiam earum vita sit. Nam quæ à toto pars avellitur: diu nequit esse superstes. Quæ possint ergo mundi partes, animam vel suscipere vel retinere: quæ vel admodum & densæ & duræ sunt: vel nimium tennes & fluxæ?

III. Argumentum.

NULLA MUNDI PARS
EST, QUÆ VITÆ UL-
lam exercent actionem.

Πλεοναχῶς ὃ τῶ ζῆν λεγομένης, καὶ ἐν πῖ τῶ-
των ὑπάρχει μόνον, ζῆν λέγομεν αὐτὸ, οἶον

*mentis: ut
in corpore
sit.*

*Vita, vitalis-
que calor
non sunt i-
dem.*

*Cor vitæ,
fons est.*

*Animalis
partes omnes,
in unum cō-
necti oportet.*

*2. anima 2.
13.*

νῆς, αἰσθητικῆς, κίνητικῆς καὶ αἰσθητικῆς ἢ καὶ τέλει. ἐπὶ δὲ κί-
νητικῆς ἢ καὶ τροφικῆς, καὶ φθιστικῆς, καὶ αὐξήτικῆς. Cū
vivere multis dicatur modis: si quis
ex hisce sit unus, vivere id dicimus.
Cujusmodi mens est, sensus, motus
localis, & is motus, qui nutrimenti
est, vel ad tabem, vel ad incremen-
tum.

*Vita quid
non sit.*

*In mundo
neque sensus
est, neque
nutritio, ne-
que intelle-
ctus: neque
motus ani-
malis.*

Viventium hæc sunt actiones. Licet enim
vita, quidpiam sit aliud: nihil vivit tamen,
quod non vel hæc omnes, vel ex hisce a-
liquam possit exere. Quis ergo mun-
dum vivere dicat: si nulla ejus pars ullā hu-
juscemodi vim obtineat? Nulla certè nu-
tritur: nulla sentit: nulla intelligit. Ad mo-
tū vero localem quæ attinet: nemo est adeo
rerū imperitus, aut impudens: qui motum
elementorum neget esse naturalem. De
motu corporum cælestium, idem suo loco
dicetur, & demonstrabitur. At neque est,
qui elementis ullum rationis usum adscri-
bat. Falsum ergo est totum mundum vi-
vere. An vero corpora vivant cælestia, a-
liās exquiretur.

Ad appetitum quod attinet: si natura-
lis sit: ad motum videlicet naturalem cō-
paratus: nihil ad vitam affert. Si vero vi-
tanquam quidam sit: vel sensum sequitur,

vel intellectum: quib⁹ sublatis, aut nō positis: appetitus etiam hujuscemodi est nullus. Errant ergo turpiter, qui rebus neque sentientibus, neq; intelligentibus vitalem tribuunt appetitum.

sensum, vel intellectum sequitur.

IV. Argumentum.

MUNDUS EORUM EST
GRATIA QUÆCUNQUE
continet.

Εσμεν γὰρ πῶς καὶ ἡμεῖς τέλει. διχῶς γὰρ τὸ ἐνεκεν. Sumus enim & nos quodāmodo finis. Duobus enim modis id cuius gratiā dicitur.

2. Phys. 2.
24.

Inter cæteras quibus utuntur rationes, ut mundum vivere ostendant: hæc etiam una est. Id videlicet quod vivit, esse non vivente præstantius. Haud equidem hoc inficiamur. Mundum vero multis viventibus esse præstantiorem, meritò negaverim. Non enim hic splendor vel amplitudo magis est spectanda, quàm actionum propriarum, finisq; præstantia. Certum autem est postremum finem omnib⁹ præcedentibus esse meliorem. Quin & in confessio etiam est: substantiam hanc esse præstantiorem: cuius finis est potior. Po-

Vnde fit de substantiarum præstantia judicandum.

*Finis postre-
mus, est o-
ptimus.*

*Id quod p-
pter aliud
est: eo est
imperfecti⁹.*

tior autem finis ille est, qui magis ad postremum accedit. Et vice versa minimè omnium nobilis ille, & præstans est: qui plurimum abest à postremo. Cum itaque finis noster: sive beatitudo nostra, sit inter omnes omnium fines, postremus: meritò etiam nos omnibus præstamus. At veto brutæ animantes cæteris perfectiores, ad nos proximè accedunt: quas etiam constat propter nos esse conditas.

Et quæ sunt hisce imperfectiores, propter has etiam sunt. Plantas autem quis dubitet, propter nos, & animalia cætera crescere, & propagari? Quis plantarum gratiâ terram esse neget, cæteraq; elementa? Deniq; cælestia corpora manifestum est, propter elementa, resque cæteras elementares, & esse, & moveri, & agere quicquid agunt. In hisce autem multæ sunt, quæ non vivunt omninò. Cum itaq; præstantius id sit, cujus gratiâ est aliud: mundus varii generis lapidibus, & metallis, & plantis minus & nobilis, & præstans est.

Quis ergo mundum ob præstantiam suam vivere credat: si præstantiora sunt alia, quæ non vivunt tamen?

DE MUNDI FIGURA
ET QUANTITATE.

DUplex hic est quæstio. Prima est: qualis hujusce mundi figura sit externa. Sed quia hæc ex supremo cælo est petenda: merito hanc quæstionem ad primam particularis physicæ partem, quæ de cælo est, rejicimus. Ut & alteram de mundi magnitudine: finitane sit, an infinita. Nam ex cælesti motu facilè hæc discutitur potest: ut suo tempore ostendetur.

MUNDUS AN COM-
POSITIONE SIT
UNUS.

CAP. IX.

PICCOLOMINEUS de mun-
do Cap. 10.

Propterea dixerè nonnulli, mundum non verè esse unum, sed solum esse unum per congregationem, non secus ac exercitus sit unus: quæ opinio in præcedentibus rejecta est.

Nam unum per congregationem est unum per accidens, quod secundum se est multiplex:

at à Deo qui est ipsum unum, non potest proximè dependere, quod ex se sit multiplex, & præsertim quia id quod est conditio alicuius, non ei competit ex accidenti. Unitas est conditio mundi, ut patuit.

Insuper ea unitas nimium est levis, nimium solubilis, nimium cum eo pugnans, quod imago & imitatio ipsius unius, qualis est mundus.

Præterea in eo quod est unum per solam cōgregationem, una pars non pendet ex altera, nec ad alteram se habet, ut forma. Secus itaque mundus censeri debet unus.

DISCVSSIO.

Mundus partium cōgregatione, totū quiddam & unū est.

De mundo

2.

Mundus quid sit.

Mundi partes quare tota potius q̄

Sophistam vult agere **P I C C O M I N E U S**: quando suis nescio quibus argutiolis, id quod evidenter verum est, convertere nititur. Quis quæso non videat, mundum ex multis, variisq; corporibus conflatum esse quiddam? Cur mundum ait Aristoteles esse σύστημα ἐξ ἕραν, καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν τῆσιν ὑπερχομένων Φύσεων? Et subito etiam docetur quid sit σύστημα: nempe πᾶσις, καὶ διακόσμησις τῶν ὄλων. Miror an **P I C C O L O M I N E U S** rationem intellexerit, quare τῶν ὄλων dictum sit, non τῶν μερῶν. Totum nempe ὁμοιοειδές, quod ex partibus constat ejusdem naturæ: non dicitur ex totis,

totis, sed ex partibus constitutum esse. Mundus autem totum est *ἐτερογενές*, ex corporibus constitutum: quæ cum singula suas atq; differentes habeant formas: per se tota sunt, & nuncupantur merito. Atq; ob id etiam mundus ordo, & ornatus dicitur: propterea videlicet quod ex hisce totis coporibus probe dispositis, pulchrè sit compositum, & exornatum quidpiam. Quid igitur hic molitur PICCOLOMINUS? Num ita suum vult ostentare ingenium? Quasi vero stupidi sint, qui simplicem agnoscunt, atq; tuentur veritatem. Sed in hujuscemodi ausis semper est vel imprudentiæ quidpiam, vel malitiæ.

1. In precedentibus hac sententia rejecta est. In quibus? In quibus? Quando probatum est, non esse plures uno mundos? Et nos hoc probamus: qui mundum etiam profiteamur unum esse compositione. Non ideo plures non sunt mundi: quod unus hic sit ex multis corporibus conflatus. De uno hic agitur mundo: non de pluribus.

2. Vnum per congregationem est unum per accidens. Tria prohibent incommoda: quominus mundum credamus esse unum per accidens. 1. Quia quod unum est per accidens, est secundum se multiplex. Quid

partes dicantur.
Mundus totum est *ἐτερογενές*.

Sophisticis argutiis non est ostentandum ingenium.

Multa mundi partes, mundos non faciunt multos.

Vnum per

*occidēs, per
se multa est.*

*Quid sit ex
se multiplex*

*Totū quid-
nam sit par-
tibus con-
stans alienis*

Jocus.

*Deus cum
sit ipsum u-
num: nihil
immediate
creat, quod
sit multi-
plex.*

hoc dicere est? Num hic multiplex dicitur, quod Græci dicunt *ἐτερογενής*? Id nempe judicaverim dici multiplex, quod ex multis, & specie differentibus est conflatum. Quid ergo mali est: si mundum ita censeamus esse multiplicem? *A Deo non potest proximè pendere, quod ex se sit multiplex.* Obs. 1. Quid dicatur *ex se*, vel *secundum se multiplex*. An non id quod propriis constat partibus specie diversis? Cur propriis? Fortè totum est aliquod partibus constans alienis: ut capra, cui adnata est cauda vulpina. Vel Gallus gallinaceus cornutus. 2. *Mundus si per se sit multiplex: non potest immediate pendere à Deo.* De isto pendere multa jam sunt pensitata: neq; dum tamen satis intelligo: quid sit mundum à Deo pendere. Atq; hoc etiam minus, quid sit immediate pendere. Fur non pendet immediate ex patibulo: sed ex furca. Quamobrem? Hic laqueo non est opus. Missis jocus: omissis ineptiis: rectè disseramus. *Si mundus esset multiplex: non potuisset à Deo immediate creari.* Mirum audio. Qua de causa? 3. *Quia Deus est ipsum unum.* Itane? Ipsum unum in quo est predicamento? Substantiæ. Quis credat? Quid aliud est ipsum unū, quam pura & simplex unitas? Numeri

pars

pars prima & simplex est unitas. Simplex ergo Deus est pars quantitatis. Hoc forte voluit dicere P I C C O L O M I N E U S: Deus est simpliciter, & absolute unum: hoc est, ut nullam omnino multitudinis admittat rationem. Quod tamen an ita sit, non absq; ratione dabitur. Certum enim est ita magnum esse Deum: ut sit infinitus: quod certe non negatione, sed affirmatione magnitudinis est definiendum; & intelligendum. Fattus profecto fuerit: quisquis ita & unum, & infinitum judicaverit esse Deum: quomodo punctum esse dicitur. Quasi vero qui rebus omnibus & essentiam tribuit & magnitudinem: minimum etiam & essentia, & magnitudinis obtineat: ut proximè ad nihilum accedat: à quo nihil aliud Deo est remotius. Dicamus ergo Deum ita esse unum: ut non sit ex pluribus naturæ diversæ partibus constitutum quidpiam. Quo certe nihil cogitari potest verius. 4. Ecquid igitur? *An non potest Deus immediate res efficere diversas: cum ipse totus sibi ipsi sit similis?* Audi si lubet. Nihil Deus extra se sibi simile facere potest. Totus certe Deus est ἀνοικτός. Absurdum est cogitari: quidpiam esse, quod ejusdem cum Deo naturæ sit. Angelos immediate fecit Deus: & ho-

*Ipsum unum
quid sit.*

An Deus unum sit simpliciter.

Deus non est ita infinitus uti punctum.

Nihil abest à nihilo magis, quam Deus.

Deus extra se nihil sibi simile facit.

Nulla Deus diversa fecit immediate.

mines fecit immediatè. Cælum etiam immediatè condidit: & terram similiter ex nihilo creavit, absq; omni ullius alterius causæ adminiculo. Quid igitur cogitat PICCOLOMINEUS: quem non pudet asserere: *Deum nihil immediatè facere: & ex se sit multiplex?*

1. Alterum incommodum est: si mundum dicamus esse per accidens unum: quia eius conditio est, ut sit unum. Id autem quod conditio alicujus est, ei non competit ex accidenti. Miror unde ista sit conditionis descriptio. Multum erravi hætenus: quando tale quidpiam judicavi esse conditionem: ut ab ea se possit abesse, cui ascribitur. Hac lege & conditione tibi fidem habebo PICCOLOMINEE: si quod scribis, auctoritate probati alicujus scriptoris Latini probaveris. Hæc tibi oblata est conditio: quam nullo pacto proprietatem dicere poteris essentialem. Quis vero sensu præditum esse; conditionem esse censuerit animalis? Rerum conditio est contingentium. Verùm age: loquatur ut velit PICCOLOMINEUS. *Mundi hæc est essentialis, & necessaria proprietates: ut sit unus.* Falsum est. Mundus enim esset: quamvis mille præter hunc essent alii. Sed mundi necessaria est proprietates: ut sit unus.

Plura

Piccolomiana cōditio quid sit.

Conditio nō est essentialis proprietatis.

Mundus ut sit unus, unus non est necessario.

Plura namq; corpora nisi jungantur, & uniantur: mundum non faciunt. Dic etiam si lubet: mundi hanc istius esse proprietatem, ut sit unus: modò ne dicas esse unicum. Tu certè unus es homo: licet tuus assecla; homo sit etiam. Quid tum ergo si mundi coditio sit unitas? An nò ejus etiam est unitas, q; per accidens est unum?

3. Tertium incomodum est: quod necessaria non sint ea, quæ per accidens insunt: ut in argumento seprimo dictum est: quo probatum fuit uno plures esse mundos. Unum ergo contingit esse mundum: quia per accidens est unus. Negat hoc P I C C O L O M I N E U S: per se mundum asserens esse unum. Quid igitur? Id quod per se multa est, per accidens unum esse potest. An non mundus per se multa est corpora? Quidni? Pars certè mundo nulla est, quæ mundi non compleat essentiam. Mundus ergo per accidens est unum quiddam. At Aristoteles tamen ait *ἄριστον δὲ θεωρεῖν, καὶ εὐλαχέστερον εἶναι καὶ τὰ αὐτὰ* fasciculum rerum vinculo junctarum: & ligna glutine compacta, unum quiddam esse per se: quæ tamen collat esse per se multa. Nos ista paucis ita conciliamus. Ipse quidem mundus, quæ mundus est, unum quiddam per se est: nempe si pro toto

*Non idcirco
est unum,
& unicum
dicere.*

*Ea quæ per
accidens nò
sunt: neces-
saria non
sunt.*

*Quæ sine
per accidens
unum.*
5. meta. 6. 8.

*Mundus ut
totus per se
est unum.*

*Mundi par
tes per se cū
multa sint,
per accidens
sunt unum.*

*Mundus nō
est unus ne-
cessario.*

*Mundus u-
num est ne-
cessario.*

to sumatur. Forma namq; totius una est. Si vero partium suarum numeratione definiatur, & aër, aqua, terra cœlumq; dicatur esse: per se multa erit, & unum per accidens. Hæc enim per se quidem multa sunt, & specie quidem differentia: per accidens autem sunt unum: hoc est propter conjunctionem, quæ ipsis accidit. Diversa ergo ratione verè dici potest utrumque. Sed ad propositum redeamus. *Si mundus est per accidens unus: unum esse non est necesse.* Quid hoc? Ita profectò est. Plures ergo possunt esse mundi. Nequè hoc ego negaverim. Nam qui mundum hunc fecit, plures facere potest. Quare autem mundus dicitur esse per accidens unus, nō plures? Diversa hæc sunt enunciata. *Mundus est unus. Mundus est unum.* Mundus enim ob conjunctionem, & compositionem multorum corporum dicitur esse unum: at non unus. Licet enim plures uno essent mundi: mundus tamen quilibet unum quiddam esset. Mundus hic ergo dicitur esse duntaxat unus per accidens: quia contingit non nisi unum esse. Afferamus aliud. *Si mundus esset unum per accidens: contingenter esset unum: quod tamen est falsum.* Mundus enim non est mundus: nisi sit unum. Si namq; partes ejus à se in-

vicem

vicem omnes divellerentur: mundus non esset amplius. Ita profectò est. Atq; ob id diximus *mundam quàm mundus est, esse unum*: hoc est *per se*. Terra tamen, aër, ignis, sol, & luna per se multa sunt: quæ per accidens unum sunt. Separata namq; tamen id ipsum sunt quod sunt.

Et si verò mundus hic per se est unum: per se tamen etiam est multa. Non enim multitudo minus, quàm unitas in definitione mundi locum habet. Siquidem mundus verè dicitur *unum esse quiddam, ex multis, diversisq; corporibus constatum*. Diverso igitur respectu verum est utrumque, sive mundus per se dicatur esse unum: sive dicatur esse multa. Sed ut verum sit utrumq;: *mundum necesse est per compositionem, aut congregationem esse unum*. Atque adeò male hoc ipsum nititur convellere PICCOLOMINEUS.

3. *Insuper ea unitas nimium est levis*. Credo equidem nisi terra sit, & aqua: nihil in mundo esse gravitatis. Quid vero unitati gravitate sit opus? Non est satis si *mundus hic compositione sit unum*. Quamobrem? *Quia facile solveretur*. Dicere debui nimium: si sapiètiàm sapiissem PICCOLOMINEI. *Mundus esset nimium solubilis*. Quare nimium? Quid si duntà-

Mundus per se est multa.

Gravitas unitatem non facit.

*Mundus
quamvis sit
compositus:
facile tamen
ipso solvitur.*

*Mundus,
Dei quomo-
do referat
unitatem.*

xat in duas partes solveretur? An ita ni-
hil mali esset? Par esset incommodum.
Vox ergo, *numquam*, deleatur. Si mundus
esset compositione unum, facile solveretur. Ne-
que hoc verum est. Mundus enim non
minorem, ut solvatur, vim requirit, quam
ea fuerit, qua compactus est. Vox ergo,
facile, etiam deleatur. *Mundus esset solu-
bilis: si congregatione esset unum.* Uti que
est solubilis. Quid mali est? Quid vis am-
plius? Si mundus esset unum compositione:
numquam esset cum eo pugnant quod est imago,
& imitatio ipsius unius, qualis est mundus.
Si PICCOLOMINEUS ita loquitur, ut
scribit: miror an profitentem ipsum qui-
quam intelligat. Sed credo leviter data,
leviter accipi. Fortè quid dicere velit in-
telligo. Si mundus unum esset compositione,
non satis referret, & imitaretur Dei opificis
unitatem. Quid tum postea? Num pu-
tas eodem modo mundum esse unum: quo
Deus est unum? Toto caelo erras.

4. Præterea in eo quod est unum per con-
gregationem, una pars non pendet ex altera.
Furibus suum pendere, toties inculcare
debit PICCOLOMINEUS, non nobis:
qui nescimus quid hac voce tam frequen-
ter usurpata velit significare. *Mundi pars
una pendet ex altera. Mundus ergo non est*

unum quidpiam compositione. Quare pendet fur? Mitte furem. Quare pendet una pars ex altera? Quia mundi pars una, partis forma est alterius. Ecce jam fur inventus est. Pendeat igitur.

Vna mundi pars, forma est alterius.

SITNE MUNDUS UNUM ACTU.

CAP. X.

PICCOLOMINI de mundi unitate sententiam expendamus: Ita mundus unum quiddam est, ut homo: qui ut actu sit una quadam substantia: necesse est corpus esse materiam, & subiectum: animam vero formam. Hoc nos existimamus innuere voluisse PICCOLOM: quod mundum ita unum esse asseruit: ut eius pars una sese ad alteram habeat, ut forma ad materiam.

Mundus ita unus est ut homo.

Α δύνατον ὅδ' εἶναι ἐξ εἰσῶν εἶναι, ἐνυπαρχεῖων ἕως ὡς ἐντελεχεῖα. τὰ ὅδ' δύο ἕως ἐντελεχεῖα, ἔδ' ἔποτε ἐν ἐντελεχεῖα. Fieri non potest ut substantia sit ex substantiis actu in existentibus. Ita enim actu due essent substantiæ, non una. Mundus igitur, ut unum quiddam sit actu: necessarium ita est unum: quomodo ex materia, & forma corpus sit unum. Multa hic ve-

7. Meta. 19.
49.

Quid sit unum actu.

Mundus non est unum potestate.

*4. Phys. 5.
49.*

An mundi pars superi-

lim observari. 1. Unum actu verè id esse dicitur, quicquid jam unum est. Potestas enim rerum est nondum existentium. Ita etiam mundum hunc verè dicimus unum esse actu: licet omnes ejus partes sint actu multæ. Quod autem actu multæ sint, manifestum est. Nam unaquæq; suam propriamq; formam obinet. 2. Mundus non potest aliter unum esse, quàm est. Non ergo unum est potestate. Quid? An propterea necesse est, partem ejus unam, alterius esse formam? Hoc populus credit. Scilicet. Ita licet. Mihi non licet: qui non adeò sum fatuus, ut credam, quod falsum esse novi. 3. Quomodo igitur probabit PICCOLOMINEUS, mundi partem unam, alterius esse formam? Aliquid ei suggeremus.

ἢ τῷ καὶ ὁ αἶθρ ἐχει πρὸς ὕδωρ, οἷον ὕλη γὰρ τὸ ἢ εἶδος. τὸ μὲν ὕδωρ ὕλη αἶθρος, ὃ ἢ αἶθρ οἷον ἐνέργεια πρὸς ἐκεῖνα. τὸ γὰρ ὕδωρ, δύναμις αἶθρ ἐστίν, ὃ δ' αἶθρ δύναμις ὕδωρ, ἀπὸν πρὸτον. Sic etiam se aer ad aquam habet. Instar enim materiae est hæc: ille verò forma est. Nam aqua potestate aer est: & aer aqua est potestate: sed alio modo. Quædam hic observanda sunt. 1. An de toto, & ejus partibus idem asserendum sit: quod

quod de aëre hic, & aqua dicitur. Nimirū, ut pars superior semp forma sit inferioris. Ita forte meritò videbitur. Inferior enim est in superiore, tamquam in suo loco: & locus, locati forma est. Το δ' εἰς τὸ αὐτὸ τόπον Φέρεσθαι ἕκαστον, τὸ εἰς τὸ αὐτὸ εἶδος ἐστὶ Φέρεσθαι. Ferri autem quidvis in suum ipsius locum, nihil est aliud, quàm in suam ipsius formam ferri.

Α' εἰ δὲ τὸ ἀνώτερον πρὸς τὸ ὑφ' αὐτὸ ὡς εἶδος πρὸς ὕλην, ὅπως εχει πρὸς ἀληθεῖα. Semper enim superius ad illud, quod sub eo est, sese ita habet, ut forma ad materiam. Hæc si vera sunt: ut vera credunt esse Peripatetici: non immeritò censet PICCOLOMINEUS: *Mundum ita esse unum: ut corpus, quod ex materia & forma conflatum est.* Postrema namq; sphaera, cum suprema sit, omnesq; cæteras, & elementaria corpora contineat, actus, & ultimæ differentia, sive formæ postremæ rationem habet. Formam verò dicimus postremam: quæ nulli subjicitur alii.

2. An ita se res habeat. Dicere liceat, quod ingenue dicitur. Elegantes hæc sunt ineptiæ. Philosophis tamen elegans esse non debet, nisi quod verum est. Superiora quidem ex positu meritò putantur esse

or, forma
sit inferioris.

4. Coel. 3.

22.

Locus locati
forma est.

28.

Non semper
locus superior,
locatus

facti praestantius.

Forma non est extra rem formatam.

Locus non est forma locati.

Pars una caeli non est alterius forma.

Id quod est actu, forma eius non est, quod potestate est.

praestantiora: sed necessarium tamen hoc non est. Non enim crediderim aërem esse terra praestantiorē: neq; Saturnum, sole. Quod si concesserim: haud quaquam propterea tamen pars mundi superior, forma est inferioris. Qui possit enim extra rem forma consistere, cuius ipsa est forma? Num potest corpus unum, alterius esse pars? Insania certè est: quisquis locum dixerit esse re locata nobiliorem: cum locus propter rem locatam sit: nō res locata propter locum. Si suum in locum ferri: suam in formam est ferri: nihil aliud est motus localis, quam generatio. Atq; ita etiam corpora, quæ sua in loca feruntur, mera sunt materia: cum suam nondum formam habeant. Credat talia qui volet.

3. Quare igitur aërem aquæ formam esse dicit Aristoteles? *Aqua potestate est aer.* Non potest hæc ratio cœlestibus accommodari corporibus: quorum unum non est alterum potestate: cum nullum ex alio possit fieri. Cum etiam ovum gallina sit potestate: quis gallinam, ovi formam esse dicat? Quid autem si aër etiam aqua sit potestate? Α δὲ οὐ τὸ πῦρ. Imperiosè. Corruptionis hic modus est: ille, generationis. Aqua suam acquirit formam: quando fit aër. Non suam, sed aëris. Si vero

ex aëre fiat aqua: suam hæc amittit formam. Imò potius acquirit. Aquæ forma, non aëris, aquam facit. Hic, ita me Deus amet, sophistam egit Aristoteles. Rumpere: rumpere. Veritati simplex oratio.

ALEXANDRI SENTENTIA.

CAP. XI.

Propterea Alexander in cap. de mixtione, his verbis explicat rationem connexionis partium mundi Verissima, propriæq; causa universi est, Divini, in orbemq; lati, etherei que corporis natura, qua ambitu suo universam materialem, affectu us obnoxiam, & variabilem substantiam ambiens, per continuum & perpetuum motum, aliamq; alias habitudinem erga ipsam, mutuas corporum que gignuntur variationes, certo firmoq; ordine efficiens continet, connectit, & conservat universum.

DISCUSSIO.

SI queratur, quomodo mundi partes jungantur, & uniantur: ut mundum efficiant, & constituent unum: de omni-

*Cælum an
vera sit con-
nexionis
mundi cau-
sa.*

*Mundi par-
tes actione,
& passione
non connec-
tuntur.*

*Mundi par-
tes ita con-
iunguntur:
ut una con-
tineat alte-
ram.*

bus hoc, non de solis elementaribus est accipiendum. Alexander veram & propriam connexionis partium mundi causam esse dicit *cælum*. Sed ista corporum duntaxat elementarium est coñexio. Cæ- lum enim ambitu suo naturas omnes elementares complecti, & continere dicitur: suoq; motu omnes harum naturarum vicissitudines efficere, & conservare. Cum vero corpora cælestia sint multa: de hisce etiam causa & ratio fuit exponenda: quomodo hæc inter se, & cum corporibus elementaribus uniantur, & conserventur. In hac ergo Alexandri sententia *primum* hoc fuit animadversione dignum. 2. Alexander connexionis causam non exponit: quando cælis vim agendi tribuit: & elementis, patiendi. Hæc nempe ratio est: qua mundus variis suis actionibus & passionibus suum finem assequitur. Si cæli omnes consisterent immoti: neq; fieret eorum quicquam, quæ fieri videmus assidue: mundus hic tamen esset mundus, & unum quiddam. 3. *Cælum ambitu suo corpora continet elementaria*: quæ materia sunt; variis obnoxia mutationibus. Aliquid hoc est, quod ad propositum faciat. Mundi namq; partes ita dispositæ sunt: ut aliæ contineant; aliæ vero contineantur.

4. Ale-

4. Alexandri sententiam hinc verbis explicat PICCOLOMINEUS: *Quibus verbis varia tetigit pro unitione partium mundi conducentia: velut essentiam, per quam unumquodq, suo simili haeret: materiam communem: conditionem caeli eminenter mortalia includentem, & formae instar ad ea se habentem: & motum quo rerum ordo servatur: adeo ut alia ab eis distincta virtus non requiratur. Praecipua tamen ratio connexionis est, quia cuncto tamquam numeri, per gradus ex uno pendent, unius primi sunt participationes, à quo omnibus tributum est esse hic clarius, his obscurus.*

In hisce PICCOLOMINEI verbis observanda sunt nonnulla. 1. Quod de essentia dicitur, in hac est quaestione potissimum. Partium namq; mundi essentia certo posita, & ordine mundum facit, & facit apta compositione unum. Atque ad hanc essentiam communis rectè refertur materia: cum omnes mundi partes corpora sint ad hanc unius mundi compositionem idonea. 2. Per quam simile simili haeret. In hoc equidem partes conveniunt omnes, quod corporeae sunt: magna tamen alias est dissimilitudo, & partium etiam aliquarum contrarietas. Quomodo igitur hanc describit PICCOLOMINEUS similitudi

Communia est partium mundi materia.

Similitudo si mundi partes conectat, ex materia non est petenda.

*Cœlum ut
sit igni simili-
limum.*

*Purus aër
est qualita-
rum expertus.*

*Cœlum non
est igneum.*

*Sphæra cœ-
lestis nihil
habet ignei.*

*Elemento-
rum contra-
rietate, non*

nem? Superius enim est tanquam forma inferioris, & aliquid contento proprie includit: veluti aqua est frigida, ut terra: aer est humidus, ut aqua: ignis est calidus, ut aer. Cœlum quamvis sit distincti generis: tamen facultate & virtute est igni simile. Mira hæc partium mundi est affinitas, & similitudo. Quid tum autem si neq; terra sit frigida: neq; aër iis per se præditus sit qualitatibus: quæ ipsam & igni & aquæ similem faciant? Aër certè qui purissimus est, & sibi similimus est ἀπῶς: neq; calidus, neq; frigidus, neq; humidus, neq; siccus: quarum ipse quidè qualitarum omnium aliunde acceptarum est capax. Multa de elementis vulgo jactantur: quæ commēritia sunt. Quod verò de cœlo dicitur, Aristotelicū non est: neq; etiam verum est. Licet enim astra splendorem, & calorem præ se ferant igneum: naturæ tamen sunt igneæ nequaquam similia: quæ pars etiam cœlorum sunt minima. Quæ sit enim planetarum magnitudo: si cum sphaerarum conferatur amplitudine? Quid? An has etiam sphaeras censes igni esse similes? Nihil in hisce est, quod ignem referat. Porro cum elementa sibi invicem contraria sunt: ubi reliqua manet hæc eorum contrarietas? Si similitudo connexionem faciat: hanc ipsa etiam

etiam solvet contrarietas. Aqua profecto non propterea cum terra commodè conjungitur, quod frigida sit. 3. *Conditionem cœli eminenter mortalia includentem.* Istæ phrasès meis sunt in auribus: quod vespæ sunt, aut crabrones in ocreis rusticorum. Cœlum elementaria corpora circumquaque complectitur, & continet. Hæc formæ cœlestis, & amplitudinis est conditio: quàm eminentem fortè dicit P I C C O L O M I N E U S: quod cœlum omni ex parte sit elementis superius: vel quod in hæc summam habeat agendi vim. Et *forma instar ad ea se habentem.* Minimè vero. Nam elementa suas in seipsis, & ex seipsis formas habent. Atq; si corpora cœlestia causarum habeant efficientium rationem: formæ tamen corporum elementarium nequam esse, dicere possunt. Si que magnas agendi vires habent: eam tamen non habent: qua ullum efficiant elementum. Fortè etiam non habent, qua vel animalculum procreent aliquod, vel plantulam. 4. *Et motum, quo rerum ordo servatur.* Dici hoc debuit explicatius. Rerum enim ordo motu prior est. Generationum autem, & corruptionum vices motu corporum cœlestium conservari constat: quas vices, si rerum ordinem vocaverit P I C C O L O M I N E U S: est cur acquiescam. 5. *Pre-*

di connexio non solvitur.

Elementa suas in seipsis habent formas.

Cœlestia corpora causa sunt efficientes: non formales.

Mundi partium ordo, motu prior est.

cipua tamen ratio connexionis est, quia cuncta tamquam numeri per gradus ex uno pendent, unius primi sunt participationes. Profunda hæc est PICCOLOMINEI philosophia. Proinde mirum non est, si valde est obscura: cum magnæ sint in profundis terræ speluncis tenebræ. Similitudinem hic audio, quam nõ satis benè video. Sicut numeri ex uno pendent. Hoc ego non satis assequor. Omnes numeri primum, non ex uno: sed ex plurib⁹ unitatibus constituuntur. Si dicit hoc pendere PICCOLOMINI: intelligo quid velit. Falsum tamen est numeros ex uno, vel pendere, vel constitui. Per gradus. Numerorum alii minores: alii majores sunt. Hi nempe gradus sunt: quibus à minimo & imo, ad maximum & summum ascenditur. Ita etiam cuncta unius primi sunt participationes. Cesalpiniã nam hic sapit PICCOLOMINEUS sapientiã, ex profundis inferorum cavernis supra excelsas alpes elatam. Omnia sunt unius primi participationes. Substantias dici participationes, fallax est phrasis. Ita nostri sophistæ secũdas entelechias rerum asseverant esse substantias. Quid est oculus? Visio. Quid domus est? Habitatio. Quid est stultus? Ita loquitur. Cuncta ergo dicere debuit PICCOLOMINI unius primi participatio.

*Quomodo
numeri ex
uno pende-
ant.*

*Omnia sunt
unius primi
participati-
ones.*

*Cesalpini de
participati-
one Dei sa-
pientia.*

particulas quasdam esse participatas. Hoc nempe est nomen Dei sanctificare. Non equidem hoc indignè ferrem: si de suo, quem colunt impii, diabolo talia effutirent: sed ad nostrū Deū referri magna est blasphemia. Verū age similitudinem hanc expendamus acutius. *Vt numeri ex uno pendent: ita unius participata quedam partes sunt omnia.* Termini mutati similitudinem vitiant. *Vt numeri ex uno pendent: sic etiam omnes mundi partes ex uno pendent.* Dic apertius. *Quemadmodum omnes sunt mundi partes, unius primi particula participata: sic & numeri multa sunt unius partes participata.* Jam fortè hoc percipio mysterium. Ut unitates multæ, numeri partēs sunt unius: ita etiam hæc omnia mundi partes sunt unius. Quid ludis? Nihil dicere potui verius. Sed longè aliud dicit PICCOLOMINEUS. *Aliter. Vt primum omnium numerorum principium est unitas: ita etiam ab uno principio sunt omnia.* Verum hoc etiam est. Sed aliā rationē tamen unitas, numerorum: & aliā Deus, rerum omnium est principium. Unitas enim, numerorum principium est constituens. Atq; ob id etiam una, numerum non facit: ut cuiusq; numeri multa oporteat esse constituenta principia: multas videlicet uni-

Casalpina impietas.

Numerorum cum mundi partibus collatio.

Omnia sunt ab uno.

Unitas in numero pars est: non efficiens.

Vnius numeri multa sunt unitates.

Mundi partes non ob id connecti, q̄ ab uno Deo sint facta.

tates. At efficiens unum principium, multorum causa est effectorum. Quid tum autem si omnia ab una sint efficiente causa? Num potissima hæc est partium mundi connexionis ratio? Ita putat PICCOLOMINEUS. Ego vero longè aliter sentio. Multa namque fecit Deus, quæ cum hoc mundo nequaquam connectuntur: cuiusmodi sunt angeli. Plantæ etiam & animalia, licet à Deo sint: non tamen cum mundo connectuntur: cuius ipsa partes non sunt.

PICCOLOMINEI
DE MUNDI CONNE-
XIONE SENTENTIA.

C A P. XII.

AC ita cuncta ex uno proceduntia servant conditionem unius, & in unum communem finem cōspirant, adeo ut demum per formam, qui est ordo ordinatus nature rerum, mundus sit unus. Causa itaq; communis prima, & remota unitæionis est Deus. Causa communis, & proxima, est cælum. Communia instrumenta ejus sunt, lumen, & motus. Causa proximior connexionis mortalium est

communis materia eorum, cum communibus affectionibus. Et demum causa proxima, & propria est singulorum graduum propria natura: quatenus superior est tamquam forma inferioris, & continens contenti.

DISCVSSIO.

CAusas hic video connexionis complures: remotam: proximam: proximio-rem & demum proximam: hoc est, ut uno verbo dicatur, *proximissimam.* 1.

Communis, & remota est Deus. Quomodo?

Quia omnibus suum esse tribuit. Quare ratione tribuit? Per participationem. Cujus rei? Sui ipsius. Malè: pejus: pessimè: pessimius: pessimissimè. 2. *Proxima est*

cælum. Malè: nisi cæteræ etiam addantur mundi partes. Multis enim ex partibus constat cælum: quæ per sese ipsas probè connectuntur. Ita etiam elementa per se: non à cælo, connectuntur. Hæc autem & cælestia corpora similiter inter se, & ex sese ipsis connectuntur. Proinde cum de totius mundi connexionem agitur: malè solius cæli fit mentio. 3. *Communia instru-*

menta cæli, sunt lumen, & motus. Quid hoc rei est? Num cælesti lumine inter se connectuntur elementa? Num motu? Nugas hoc estnectere: non elementa connectere.

Deus quomodo mundi partes connectat.

Mundi partes seipsas connectunt.

Mundi partes seipsas connectunt.

Mundi partes seipsas connectunt.

Mundi partes seipsas connectunt.

Mundi partes seipsas connectunt.

Mundi partes seipsas connectunt.

Mundi partes seipsas connectunt.

Mundi partes seipsas connectunt.

Mundi partes seipsas connectunt.

Mundi partes seipsas connectunt.

Mundi partes seipsas connectunt.

Mundi partes seipsas connectunt.

Mundi partes seipsas connectunt.

Deus quomodo mundi partes connectat.

Mundi partes seipsas connectunt.

Mundi partes seipsas connectunt.

*Cæli motus
cæli passio
est, non ele-
mentorum.*

*Communis
mortalium
materia, cæ-
lestibus etiã
competit.*

*Quæ gene-
ris sunt ejus-
dem, faci-
lius con-
junctur.*

Corpora tamen cælestia suo lumine, & motu, variè hæc afficiunt elementa. Quid hoc ad propositam attinet connexionem? At neq; lumen, neq; motus cælestis quicquam in hæc agunt inferiora corpora. Lumen enim nil nisi aërem illustrat. Motus autem cælorum, non actiones, sed passionnes quædam sunt: & quidem cælorum, non elementorum. Si vero dicas valido corporum cælestium motu, calorem in hisce corporibus inferioribus suscitari: monstrum dices opinionis: quod suo tēpore à nobis refutabitur. Calor autem, & frigus instrumenta sunt: quorum adminiculo corpora cælestia varias inferunt in hæc inferiora mutationes. 4. *Communis mortalium materia, proximior est connexionis causa.* Cujus connexionis? *Mortalium.* Annon hæc eadem materiã cælum cum elementis connectitur? Communis elementorum materia, materia prima est, quæ corporum etiam est cælestium. Totius ergo mundi, non mortalium duntaxat connexionis hæc causa est. At quomodo materia hæc mundi partes connectit? *Quia corporeas facit.* Rectè. Facilius enim junguntur, quæ sunt ejusdem generis. Si cælum esset incorporeum: non posset cum cæteris mundi partibus corporeis con-

connecti. *Cum communibus affectionibus.* Etiam hoc rectè adjectum est: licet contrariæ sint elementarium corporum affectiones. *s. Singularum graduum propria natura.* Si per hanc naturâ partium mundi intelligatur essentia: verè prima hæc erit connexionis mundi ratio. Sic enim mundi partes naturâ, & essentiâ suâ constitutæ sunt: ut per se, citra glutinû, aut vinculû componi, & junctæ persistere possint.

Mundi partium essentia, vera est causa connexionis.

DE MUNDI FINE.

CAP. XIII.

PICCOLOMINEUS de mundo Cap. 6.

Democritus, Leucippus, Epicurus, Lucretius asserentes mundos forte fortuna fieri, inficiantur mundo verè finem competere. Quorum sententia negligenda potius, quam rationibus rejicienda est. Constanter itaque asseramus mundo finem competere: qui finis est duplex, vel constitutionis mundi, vel mundi constituti. Finis constitutionis est ejus forma, hoc est universus ordo. Mundi constituti adhuc duplex est, vel totius mundi,

De mundi fine veteris opinionis.

Mundi finis duplex.

vel partium ejus invicem relatarum. Finis totius vel est finis cujus gratiâ, & est perfectio, & optimum esse mundi. Vel est finis cui: qui etiam est duplex: nempe vel finis, cui tribuenda est perfectio, & absolutio. Hujusmodi sunt species rerum, ex quarum ordine consurgit mundus. Vel est finis cui omnia servantur, & in cuius vitam omnia redundant, & hujusmodi est Deus.

At si mundi partes inter se conferantur: dicimus imperfectiores esse gratiâ perfectiorum, & simplicia, gratiâ compositorum: adeo ut non viventia, gratiâ viventium, & hac, hominis sint gratiâ: qui jure optimo mortalium omnium dicitur finis. Hinc recte Aristoteles 12, Meta. 52. damnavit eos, qui in universo insciabantur unum esse ob aliud. Ex quo constat decipi juniorum philosophorum nonnullos: qui negant finem mortalium esse hominem.

DISCVSSIO.

RECTÈ PICCOLOMINEUS de mundi fine sentit. Nos ea tamen, de quibus ipse suo modo differit, paulò accuratius expendemus. 1. Cum de mundi fine quaeritur: de ejus constitutione non quaeritur. Dubium etiam est, quid per constitutionem intelligat PICCOLOMINEUS: primariam partium ejus generationem:

vel

vel earum partium ante generatarum dispositionem. Utro modo vox intelligatur: nihil ad propositum facit: cum neq; generatio, neque dispositio sint ipse mundus. At neq; philosopho digna est quæstio: si quærat, generationis, aut dispositionis, mundi quinam sit finis. Quid tum vero si etiam in re tam manifesta, à veritate aberretur? *Mundi forma, finis est constitutionis.* Univerſus ordo finis est ordinationis, sive dispositionis. Mundi vero forma, quidpiam est aliud ab ipſo partium ejus ordine. Quid multis opus est? Si constitutionis aut ordinationis mundi mentionem facere voluit P I C C O L O M. pro parte totum ponere debuit: generationem videlicet pro constitutione. In quem ergo finem mundum condidit Deus? Proximas certè generationi finis est, res generata. Non ergo mundi formam dixiſſe oportuit: sed mundum ipſum. Totus enim conditus, & generatus est mundus: non aliqua duntaxat ejus pars: sive formam dicas, sive materiam.

2. Quis ergo mundi generati finis est? *Totus hic mundi est, aut partium ejus.* De toto hic agitur: non de partibus ejus. *Totus mundi finis duplex est: cujus, & cui.* Mirum, quando quæritur cujus, in dativo

Creationis mundi finis hic non quæritur.

Mundi forma, & ordo non sunt idem.

Proximus generatio- nis finis, est res genera- ta.

Quid sit optimum esse mundi.

Mundus quomodo perficiatur.

Generatio finem præcedit.

responderi. Quid hic spectemus, facile ex his intelliges. *Perfectio, & optimum esse mundi, finis est mundi.* Quanam hæc est perfectio? *Ipsam esse optimum.* Nimis hebesum. Dic explicatius. *Ipsam esse optimum, est mundi essentia completa?* Generationis hic finis est, non generati mundi. *Optimum esse mundi, est mundus in opere.* Quid hoc? Mundi perfectio, non in quiete, sed in motu est posita. Quis hic motus est? Omnes omnium mundi partium actiones, & passiones. Quid hic agit? Quid hic patitur? Ignis agit, & atra, Mirum, si mundi pars est ignis. Quid patitur? Terra, & aqua. Quis harum passionum, & actionum finis est. Plantarum & animalium generatio. Mundi ergo hic etiam finis est. Cujus hic finis est. Cui vero hic finis est? *Plantis, & animalibus.* Haud existimaverim plantarum generationem, plantis esse finem. Efficientium enim, & constituentium causarum est præcedere: sequi vero, finalium. Animalium generatio propter animalia est. Ad efficientes ergo causas potius, quam ad finales est referenda. Si tamē hanc, animalium omnino velis esse finem: non duplex erit finis *cujus, & cui:* sed unus, idemq; finis, duorum erit: mundi nimirum, & animalium.

Poma

Poma pomi finis sunt: quæ certum est nostros nobis in usus conferri. Nobisné igitur hæc propterea finis sunt? Non existimaverim. Nos enim ipsorum finis sumus quodammodo. Cur non absolutè? Non ut simus, poma nascuntur: sed ut nutriamur. Homo, seminis humani finis est absolutè. Pomorum vero, non homo: sed hominis nutritio, absolutè finis est.

3. *Uel est finis cui.* Quid ergo est finis cui? Fortè finis ille est, qui non primo propter id est, cujus est, sed propter aliud. Poma certè propter hominem sunt primariò: non propter arborem. Hominis autem felicitas, hominis est, non homini finis: cujus, non cui. Probet hoc qui volet. Ego huic distinctioni meliorem illinire colorem non possum. Quis ergo mundi finis est cui? Omnia illa in quorum gratiam, mundus & agit, & patitur. Quænam ista sunt? Tria hic enumerat PICCOLOMINEUS: de quibus dubitari etiam potest.

1. *Species rerum, ex quarum ordine consurgit mundus.* Lepidè. Quid quæso mundus est aliud, præter hæc res, quæ mundum constituunt? An mundus sibi ipsi finis est? Ante dictum est finem cui, finem illum esse, qui propter aliud sit: non propter id, cujus est finis. Præterea nõ finis, sed prin-

Homo pomorum finis non est: sed hominis nutritio.

Quid sit finis cui.

Hominis felicitas, hominis, & homini finis est.

Mundi partes non sunt mundi finis.

cipia mundi, res illæ sunt, ex quarum ordine mundus confurgit: ut phrasi utar PICCOLIOMINIANA. Verius dicere potuit PICCOLI. species rerū in mundo generatarum: quæ sc. mundus ipse non sunt. 2. *Uel est finis cui omnia inserviunt.* Quodnā hoc est? PICCOLI. tertium finem cum secundo cōjungit: me quidem iudice nō satis prudenter: ut jam manifestum faciemus. 3. *Et in cuius gloriam omnia redundant: & huiusmodi est Deus.* Haud equidem inficior, quin non cæli modò, sed totus etiam mundus, & q̄ in eo generantur, Dei gloriam enarrent. Duplex hic tamen est adhibenda cautio. Prima quidem: *quod Dei gloria non sit primarius mundi finis.* Quid audio? Ita est Absit tamen calumnia: ubi nulla est impietas. *Homini Deus, non sibi ipsi mundum condidit.* Inde vero ad ipsum magni operis gloria meritò redundat. Altera vero est: quod Deo mundus nō inserviat: cum per seipsum, & ex seipso sit potentissimus, & perfectiss. *auti p̄ seipsum.* Non ergo Deum, sed hominem altero modo mundi finem esse dicimus. 4. *At si mundi partes inter se conferantur.* Corpora composita & viventia, mundi partes non sunt: Quo etiā concesso, mundo sui ipsius finem esse consequeretur. Mundus n. viventiu gratia est. Perin-

An finis mundi sit id, cui omnia inserviunt. Sicne Deus mundi finis.

Dei gloria quomodo mundi sit finis.

Non Deus, sed homo primum finis est mundi.

Uiventia corpora mundi partes non sunt.

Perinde est, atq; si pater familias ejus dicatur domus pars esse, q̄ inhabitat. Nihil obstat tamē quominus mundi pars una, gratiā sit alterius. Quomodo nervi ppter musculos: non musculi ppter nervos, meritò dicuntur esse facti. Corpora etiam cœlestia, propter elementa sunt: de quo tamē dubium est. *5. Ex quo constat decipi juniorum nonnullos.* Jucundiss. hæc & utilis. est disputatio: quæ tamē loci est alterius. Non n. de mundo solùm, ejusq; partibus: sed etiam de reb. cæteris, quas mundus cōtinet, nō absq; ratione dubitatur: *an sit una ppter altera.* Magna certē est eorū impudētia, vel imprudentia: quos hic taxat P I C C. quando negant aliqd alterius esse gratiā. Verū q̄ alias in genere discussū à nobis est copiosius: id jam in specie confirmabitur. *De mundi partib. olim disputatū est.* Quidā enim nullā censuerunt esse propter alterā: quos egregiè refutat in *Metaph.* Aristot.

Ο ὅ λέγοντες ὅτι ἀρισθμὸν πρῶτον. ἢ μαθηματικὸν, ἔστιως αἰεὶ ἀληθινὴν ἔχουμένην εἶσιν, ἢ ἀρχὰς ἐκείνας ἀλλὰς, ἐπισημαίνουσι ὅτι τὸ πάντος εἶσιν ποιῆσι (ὅθεν ὅτι ἢ ἑτέρα τῆ ἑτέρα συμβάλλεται εἶσα ἢ μὴ εἶσα) ἢ ἀρχὰς πολλὰς. Qui vero numerum primum mathematicum dicunt: aliamque ita perpetuò consequentem substantiam, & alia cujusque principia: totius substantiam

Totius pars una propter aliam esse potest.

*2. Metaph.
10. 65.*

talem faciunt, qualis est minimè co-
hærens comœdia: multaq; ponunt
principia. Nihil enim substantia una
confert alteri.

*Mutua par-
tium mun-
di consensu,
unum facit.*

*Numeri qd
sunt math-
matici.*

*Mundi par-
tes non sunt,
ut numeri.*

*Terram nõ
esse gramini
factam.*

Non solus partium mundi positus, &
conjunctio: sed mutuus ille consensus,
(quem nos hic cum PICCOLOMINEO
describimus) maxime facit, ut mundus u-
num quidpiam sit. Quam certe unitatem
tollunt adversarii: non minus quàm Py-
thagoræi, qui numeros mathematicos re-
rum omnium, atque adeo mundi totius
principia esse judicârunt. Numeros dixi
mathematicos: qui simplices sunt, & pri-
mi: nihil rerum designantes numerata-
rum. Hanc rectè Aristoteles opinionem
refellit. Si namq; mundus ex hujuscemo-
di numeris compositum quiddam est: to-
tus est distractus. Siquidem pars nulla
quicquam ita confert alteri.

Quis non videat nostros etiam idem as-
ferere Peripateticos recentiores? Ut e-
nim per se numeri sunt omnes: neq; ullus
propter alterum est: ut eum vel constitu-
at vel juvet: Ita terram quoq; sibi ipsi fa-
ctam esse volunt homines isti, non grami-
ni. Quasi vero non ista sit terræ perfectio:
si gramen producat: Solisq; si terram cale-
faciat.

faciat. An non arborum fructus nostros nascuntur in usus? Hoc quisquis inficiatur, vel sanus non est, vel impudenter malitiosus est.

Haud negant hoc tamen: sed fieri censent ex accidenti: ut propter nos sint, fructumq; ferant arbores. Mitius hoc quidem est: cum ipsi non repugnet experientia: sed falsum tamen etiam est. Arbores enim primum, & potissimum nostri gratia sunt, & factæ sunt. Siq; non essemus, frustra essent arbores: frustra vacca, & equi: frustra elementa: & frustra etiam essent corpora cœlestia. Fatuum certè est: quisquis putat eum rebus à Deo conditis finem ex accidenti competere: quem Deus præ cæteris, & solum ab initio inspectavit. Homines etenim nasci, augeri, & conservari voluit naturaliter: atq; ob hoc ipsum, universam condidit naturam. Et te non pudet asserere, Naturam hominum esse gratia duntaxat ex accidenti: Contrarium ego malim asserere: quod quàm verè: facile ex his intelliges. Malus, mala profert. Quis ergo mali proprius, primarius, & per se hinc est? An non ut mala producat? Utrique. Sed mala tamen producit sibi ipsi primum & per se. Mirum, quo usu. Malis fortè vescitur. Malorum usus est, ut semen

Homo per se, non per accidens mundi finis est.

Deus mundum primum propter hominem condidit.

Poma cur, vel cui primum nascantur.

contineant, & seruent. Primus itaq; mali
 finis est, ut semen producat. Quinob-
 rem? Ut aliæ mali procreentur. Anæ. Re-
 ctè. Non ergo malus sibiipfi semen pro-
 ducit, sed aliis. Suam ita speciem auget.

Non suam: sed alterius mali, suæ si-
 milem. Verùm de his aliàs
 copiosius.



DE MUN-



DE MUNDO.



LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

MUNDOS ESSE VNO

plures.

PICCOLOMINEUS.

DE MUNDO I.

I. Argumentum.



Omnis forma cum materia mixta, vel numero est multiplex, vel multiplicari potest. Materia enim est origo multitudinis individuum, & materiata forma per materia apta est multiplicari. Mundus est forma in materia. Nam cadit sub sen-

Materia multitudinis est causa.

In aeternis esse, & posse, idem sunt.
 3. Phys. 32. *sum, quod sine materia non accidit. Quare potest esse multiplex: & si potest, etiam est: quia in aeternis, vel saltem attinentibus ad mundum, esse & posse, non distinguuntur.*

PICCOLOMINEI
 RESPONSI O.

Forma totā occupās materiam, non potest esse multiplex.

HÆC Aristotelis ratio nedum soluitur: *verūm insuper reflectitur in aduersarios: quoniam forma, quata est in uniuersa materia, ut conditio eius sit esse in uniuersa materia, multiplicari nō potest. Forma mundi est huiuscemodi ut apparuit.*

DISCVSSIO.

1. Cal. 9. 92.

Ob materiam mundi sunt uno plures.

PICCOLOMINEUS quædam ex Aristotele accepit: quædam vero iis adjicit: quæ tamen antea satis jam à nobis discussa sunt. Ab Aristotele igitur initium faciamus. *Ἐπὶ πάντων γὰρ ἕως ἁρῶμεν, οἷων ἢ εἰς ἐν ὑλῇ εἶναι, πλείω, καὶ ἀπειρα ὄντα τὰ ὁμοιοειδέη. ὡς ἦτοι εἰς πλείους αἱ κρῆναι, ἢ ἐνδέχεται εἶναι πλείους.* In omnibus enim ita se rem habere videmus: ut plura sint, & infinita ejusdem speciei individua, quorum materiata est substantia. Si multitudinem in cæteris facit materia: cur non hîc etiam plures censentur

tur

cur ob materiam esse mundi? Licet enim una mundi species, & forma sit: pro materia tamen copia, vel plures uno sunt mundi: vel plures esse possunt.

Ἀλλ' ἂν ἐν ἡτίον ἔδειξαι ἀνάγκη διὰ τὸ πλείους εἶναι κόσμους, ἂν ἐνδέχεται πλείους εἶναι, ἔπειρ ἔπος ἐξ ἀπαύσης ἐστὶ τῆς ὕλης, ὡσαύτ' ἐστιν. Nihilominus necessitas est nulla, cur plures oporteat esse mundos: vel plures esse possint: siquidem hic ex omni sit materia: uti etiam est. Res certa est. Mundus forma est materiata: neq; ullus est κόσμος ἄυλος. Proinde si non sit alia materia, præter hanc, quam hujuscæ mundi forma perficit: dubium non est: quin hic solus sit. Quod autem materia præter hanc alia nulla sit: haud facilè demonstrabitur. Multa quidem hac de re scribit Aristoteles: quæ nullò negotio tamè refutari possunt: ut ex iis liquet, quæ sunt à nobis suo loco discussa.

Verum ut adhuc fiat evidentius, Aristotelem nihil hîc evincere posse: quædam adjiciemus. Aristoteles docet extra hunc mundum, nullum sensibile corpus esse posse. 1. Si nullum sit extra hunc mundum corpus, in vacuo, & inani spacio: tamen in alio quopiam mundo, non minus ali-

Si præter hanc hujuscæ mundi materiã, alia sit nulla: mundus hic est unicuq;.

Si corpus in vacuo nullum

*est: in aliis
tamen mun-
dis multa
esse possunt.*

*Mund⁹ hic
in vacuo
est.*

*Corpora q̄
sunt extra
hunc mun-
dum quo-
modo move-
antur.*

98.

*Mund⁹ hic
omnem oc-
cipiat mate-
riam.*

qua esse possunt, quam hæc in isto sint.
2. Si mundus hic in vacuo potest spa-
cio consistere: quidni possint etiam cor-
pora quædam, mundive similiter extra
hunc mundum in spacio vacuo consiste-
re? 3. Cum hujusce mundi centrum
non sit extra hunc mundum: quodcun-
que corpus in hoc mundo non fuerit: ad
hoc centrum moveri non est necesse.

Verum si nullo in mundo sit: vel non
movebitur omnino: vel quoquoersum
movebitur, usquedum ad hunc, alium-
ve mundum impingat, ubi motus ejus
sistatur. 4. Aristoteles idem per idem
probat. *Φανερόν τίνων ὅτι ἔτε ἐστὶν ἕξω. ἔτ' ἐγ-
χωρεῖ γενέσθαι σώματος ὄγκον ἕδενος. ἐξ αἰτίας*

ἡ ἐστὶ τῆς οἰκείας ὕλης ὁ πᾶς κόσμος. Proban-
dum fuit mundum hunc ex omni com-
positum esse materia: cum tamen propte-
rea docuerit Aristoteles extra hunc mun-
dum nullum neque esse, neque esse posse

corpus sensibile: quod mundus hic ex
omni sit materia com-
pactus.

C A P.

CAP. II.

II. Argumentum.

ALEXANDRI.

Vel mundus à conditore factus est, aut à natura. Si à conditore: ut artifex varia potest artis opera facere: ut & longè magis mundi opifex. Similiter si à natura.

PICCOLOMINEUS.

Instabatur secundo: quia multitudo nulli cause adversatur, qua ratio nedum est soluta, verùm insuper in adversarios reflexa. Apparuit enim omni cause mundi repugnare multitudinem.

DISCVSSIO.

Apparuit equidem mundo, non mundis repugnare multitudinem. Non enim est plura, quod unum est. Sed mundorum multitudinem omni cause repugnare, nondum apparuit. Nam quæ hanc ad rem attulit. PICCOLOMINEUS: nullius omnino sunt momenti: quod antea satis fecimus manifestum.

Quid vero causa sit cur De^o, aut natura mundū q̄dē unū fecerint: plures tamē face

Qui mundum fecit unum, plures etiam facere potuit.

Omni causa mundi, multitudo repugnat.

Mundo nō mundis repugnat multitudo.

Deus & potuit, & potuit.

*est, plures
cōdere mun-
dos.*

*Mundus nō
est à natura
factus.*

re non potuerint: vel non possint? Quo-
modo ad unum restricta sit eorum poten-
tia? Naturæ tamen hîc, neq; Alexander
meminisse debuit: neq; probare P I C C O-
L O M I N E U S id quod dictum est: à natu-
ra nimirum factum esse mundum. Qui
potuerit enim mundū natura fecisse: quæ
non erat, mundo nondū existente? Non
asseruit hoc Alexander: sed in dubium
revocavit. Malè hoc etiam. Μάχεται δ
τοῖς ἐναργῶς φαινόμενοις ὁ ἀμφοισβύτων. Nulla
hic dubitandi est ratio: cum notum sit o-
mnibus: *Id quod non est, ex eo quod non est,
& ab eo quod non est, fieri non posse.*

III. Argumentum.

*S*I vilia, & imperfecta sunt specie multa: lon-
gè magis perfecta debent esse plura. Si enim
bonum est multa bona facere: optimum et-
iam est multa facere optima.

P I C C O L O M I N E I

R E S P O N S I O.

*H*Æc ratio similiter retorquetur. Nam
vilia sunt multa: quia nil eorum absolu-
te totum, & perfectum: quia nequeunt
esse numero aeterna.

D I S.

DISCUSSIO.

Logica hæc sunt argumenta. Nihil demonstrant. Si minus bona sint multa: quidni plura etiam sint: quæ magis sunt bona? Quis neget bona multa, paucis bonis esse meliora? Si bono, quâ bonum est, competit multitudo: Si bonis (inquam) multitudo competit: quâ bona sunt: magis etiam iis competet, quæ meliora sunt, & præstantiora. PICCOLOMINEUS censeat, *vilia ob id esse multa, quod vilia sint: perfectiora vero, vel pauciora esse, vel nõ multa.* Disputatio est jucunda PICCOLOMINEI. I. est argumentum. Nihil quod vile est, totum est absolute. Quid totum est absolute? Quod nullius est pars. Ita mundus, cum nullius alterius amplioris pars sit, totum est absolute. Mundus ergo non nisi unus est. Partium enim est multitudo: sed totius est unitas: siquidem unum totum ex multis constituitur partibus. Ecquid? An unicum & solum est, quicquid pars nullius est alterius? In promptu est instantia. Quodvis animal totum, & perfectum est absolute: cum pars non sit alterius. At animal nullum tamè invenitur, quod unicum, & solum sit. 2. Quia nequeunt esse numero aterna. Vilia hic ea dicit PICCO-

Bona vilioribus, merito plura sunt.

Quid totum sit absolute

Partium est multitudo: sed totius est unitas.

Quodvis animal, totum est absolute.

Vilia q̄ sunt

*Multa sunt
quæ perpe-
tuò manere
nequeunt.*

*Æterna et
iam sunt
multa.*

*Communi?
bonum, me-
lius est,
1. Eth. 2.*

*Bonum pu-
blicum pri-
vato est me-
lius.*

LOMINEUS: quæ generantur & cor-
rumpuntur. Atque hæc ideo censet esse
multa: quod perpetuò manere neque-
ant. Malè. Nam aliud est multitudo:
aliud vero sunt res per successionem, aut
continuatam generationem multiplica-
tæ. Rebus ista multitudo, competit cor-
ruptibilibus: illa rerum etiam est æter-
narum. Miror an PICCOLOMINEO
tùm in mentem non venerint, cum hæc
scriberet: quæ licet æternæ sint: plurimæ
tamen etiam sunt.

*Et præsertim quia ut dicitur in 1. morali-
um Nicom. Bonum quò est communius, cò-
est melius & eligibilius. ὡς τὰ τ' αὐτῆς ἀνδρῶ-
πνον ἀγαθόν, εἰ δὲ καὶ ταύτων ἐστὶν ἐνὶ, καὶ πό-
λει, μείζον γὰρ καὶ θελειότερον τὸ τῆς πόλεως φαί-
νεται καὶ λαβεῖν καὶ σοφείν. ἀγαπῆτόν γδ καὶ ἐν-
μίον. κάλλιον δὲ καὶ θεϊότερον, ἐθνεὶ καὶ πόλε-
σιν. Humanæ societatis salus, hu-
manum illud est bonum. Hoc e-
nim & uni bonum est, & civitati:
& ob id etiam majus est, & divini-
us bonum civitatis: quod uni etiam
soli est acceptum. Honestius id
autem & Divinius est, quod totius
est gentis, & civitatum. Καὶ λαβεῖν*

καὶ σώζειν. Et salvari & salvare totam civitatem præstat, quàm unum aliquem ex civibus. At aliter in metaphysicis sentire videtur idem Aristoteles. Πλειόνων δὲ εὐρισκομένων τεχνῶν, ἢ τῶν μὲν πρὸς τὴν ἀρχαῖαν, τῶν δὲ πρὸς διαγωγὴν ἕστων, αἰεὶ σφωτέρως τὸ πλείους ἐκείνων ὑπολαμβάνομεν.

1. *Meta. 1.*

Bona nō necessaria sunt meliora.

Præstantiora sunt, quæ paucorum sunt.

Multorum mundorum bonum con-

Cum plures inuentæ sint artes, & quædam ad res necessarias spectent, quædam vero vitam faciant beatiorē: hæ perpetuò sapientiores, quàm illæ faciunt. Atque ob id etiam Aristoteles, Metaphysicam scientiam omnibus aliis artibus ad vitam necessariis, præferendam esse censet: ut quæ vel paucorum sit hominum: vel Dei etiam solius. Quid hîc ait PICCOLOMINEUS? Respondeo bonum mundi esse communissimum, quia cunctis rerum gradibus competit, & cunctis ea univo, & ordo conducit. Insuper ea sententia, bonum quò communius est melius, vera est de moralibus numero multiplicatis.

Mundi quidem usus bonum est multis comūne: sed multorum tamē mundorum communius est bonū quàm unī. Primum

*communis est
quam uni?*

*Bonum to-
tius Reipub.
morale non
est.*

*Quoddam
bonum pra-
stiat: si mul-
torum sit.*

*Quoddam:
si paucorum.*

*Aristotelis
metaphysica
Deum non
beat.*

igitur responsio nulla est. Quod vero es-
tatum hoc, bonum esse melius, si commu-
nius sit, de solis verum sit moralibus, non
existimaverim: cum de multis aliis bonis
verè dici possit. Et ipse etiam Aristoteles
loco citato de summo reipublicæ bono lo-
quitur: quod nescio quæ morale dici pos-
sit. Totam civitatem omnibus fortunæ
bonis cumulatam esse præstat, quam unū
vel alterum ex civibus. Num morale hoc
bonum est?

Age: proferamus aliud. Ut in cæteris:
ita etiam cum de bono agitur: alia specie-
rum inter se: alia graduum, aut quantita-
tis est comparatio. Bonum id quod con-
venit esse commune, melius est totius esse
civitatis, & multorum civium, quam uni-
us, aut alterius. Benè valere præstat omnes,
quam paucos. At nobilissimæ peritum ef-
se metaphysices: bonum est, quod dece-
at esse paucorum, *ὡς καὶ Ἐπικουρίδης, ἰεὺς αὐ-
μύθος τὸ τοῖς ἑχοῖ τοῦ γέρας.* Nimia hæc laus est.
Aliter Deus scit: aliter homines. Aliam
certè oportet esse metaphysicam:
si qua Dei sit: quam sit Ari-
stotelis.

C A P. III.

IV. Argumentum.

Hinc Metrodorus (referente Plutarcho in libro de placitis philosophorum) asserbat absurdum esse in latifundiis, unicam inveniri spicam; unumquę in infinito mundum.

PICCOLOMINEUS.

Sententia Metrodori à Plutarcho relata, solum est vera de mortalibus ortis ex fecunditate terra, & similibus. Nec infinitum est ager fecundus pro gignendis mundis: cum solum mundus pendeat ex fecunditate summi boni.

DISCVSSIO.

UNo verbo poterat hoc Metrodori argumentum solvere PICCOLOMINEUS: nihil videlicet probare similitudinem. Sed id quod dictum est à Metrodoro: nos longè aliter interpretamur: quàm ut mera sit similitudo. Prius tamen PICCOLOMINEI responsionem examinabimus. 1. Verum est id quod asseruit Metrodorus de iis quę nascuntur ex terra fecunditate. Mirum, si ita est. Hic ego

In agro amplissimo, spica non est satis una.

In finitum vacuum nõ est ager fecundus.

Similitudo, nihil probat.

*An infinitū
vacuum sit
agro fertili
simile.*

*Quod ma-
ximum est
bonum, ju-
vare debet
plurimum.*

judicaverim non solam spectandam esse similitudinem: quæ dicitur esse inter amplissimum agrum, & spacium infinitum: sed generalem expendendam esse regulam. Cujus hæc duo sunt exempla. Quænam hæc regula est? *Prope frustra est, quod cum sit maximum, minima duntaxat aliqua sui parte juret.* Si maximus ager non nisi spicam proferat unam: quis hîc ejus erit usus? *Hæc Metrodori sententia solim vera est in iis, quæ ex terra nascuntur.* Risum teneatis amici. Quamobrem quæso? *Quia spica una ex agro nascitur.* Rectè. Hoc unum est inter exempla cætera: in quibus vera est Metrodori regula. Idem mihi dicere videtur PICCOLOMINEUS: atque si hoc dicat. *Omnia animalia sentiendi vim habent. Verum hoc est duntaxat de texellis virginibus, quæ leviter contacta dolent.* Quare autem regula illa quam protulimus, de infinito spacio, & unico mundo non valeat similiter, atque de agro amplissimo, & una spica? *Quia infinitum non est ager fecundus pro gignendis mundis.* O quam fatuus fuit Metrodorus: qui hoc non animadvertit: de quo nos admonet PICCOLOMINEUS. Invertenda hîc rota est: ut quod nunc in sum-

mu est, postea sit in imo. Non existimaverim PICCOLOMINEUM similitudinis & exemplorum intellexisse rationem. Simile est infinitum spacium agro amplissimo. Et mundus unus in eo spacio, tale quiddam est; quale spica una in agro amplissimo. Non fecunditas hic, & mundi, spicave spectanda est generatio: sed usus utriusque: spacii videlicet infiniti, & agri amplissimi. Ut ager spicarum: ita etiam spacium, instar loci corporum gratia locandorum est: quæ non sunt extra mundos. Quid hic desideras?

Cum mundus solum pendeat ex fecunditate summi boni. Vide quam inconsiderate dissierat PICCOLOMINEUS. Summi boni fecunditas non est minor agri amplissimi fecunditate. Hoc ergo tertium etiam est propositæ regulæ exemplum. Summi boni fecunditas immensa est. Quare igitur non nisi mundum producat hæc unicum?

Infinitum vacuum mundos potest multos, non procreare quidem: sed suscipere.

Summi boni fecunditas ad mundos procreandum multos: minor non est, quam agri fertilis.

CAP.

CAP. III.

V. Argumentum.

Qua natura gignuntur, multa sunt. Mundi autem natura gignuntur. Multi ergo sunt.

PICCOLOMINEUS.

Reflectitur: quia mundus vel non gignitur, ut putat Aristoteles: vel creatur, ut ajunt Theologi. Insuper ea sententia est vera de illis, quorum unum generat aliud: & quorum conditio non est, ut sint unum.

DISCVSSIO.

Leve hoc quidem est argumētum: Sed PICCOLOMINEO tamen satis successit negotii. 1. Aristoteles negat mundum generari. Quid? an tu Aristotelem hinc putas esse judicem: penes quem definitiva sit sententia? Profectò si ita est: dudum jam dirempta est omnis controversia. 2. Mundum, quia finitus est, necesse est esse generatum: ut in nostro de mundi aeternitate comentario demonstravimus. Quod autem generatus sit naturaliter: facile demonstratur: & rationibus quidem ex Aristotele desumptis. 1. Mundum constat

Aristotelis non est sententia definitiva.

Generatum est, quicquid est.

Mundum naturaliter

opus

opus esse naturale. Naturaliter igitur est generatus. 2. Nullam Aristoteles aliam admittit generationem, præter naturales. 3. Mundus est quidem generatus: at non naturaliter. Creatus enim est, ut ajunt Theologi. Quid tu igitur ais PICCOLOMINEE? Mundum procul dubio fateberis esse creatum. Omittenda ergo fuit Aristotelis opinio. Quid tum verò si creatus sit mundus? An ideo nõ nisi unus est? Quot putas angelorum à Deo creatas esse legiones? Non plures profecto generatur homines: quàm à Deo fuisset immediatè creati: si non generari voluisset Deus naturaliter: sed creati simul & semel.

4. Insuper ea sententia vera est de illis: de quibus non est falsa. Quidvis, ut vis, restringis PICCOLOMINEE. Quare autem de hisce duntaxat est vera: non de omnibus vel generatis, vel creatis? Unius, & solius infiniti est, non esse generatum, neq; creatum: ut generatorum, & creatorum est multitudo. Cujus manifesta est ratio. Nam infinitum nonnisi unum est, quod semper fuit: & cæterorum quæ finita, quæ vel generata, vel creata sunt, efficiens est causa. Quod autem finitis ob limitatam substantiam deest: id complet numerus, & multitudo.

esse generatum.

Deus angelorum multas creavit legiones.

Infiniti nulla est generatio.

Infinitum, finitorum omnium efficiens est causa.

*Non est ne-
cesse unum
esse mun-
dum.*

*Necessitas
breuem fa-
cit disputa-
tionem: ad-
versus furē
loquacem.*

*Infinita ma-
teria suppe-
rit: ut infi-
niti generē-
tur mundi.*

5. *Et quorum conditio non est, ut sit u-
num.* Conditionem perpetuam PICCO-
LOMINEUS pro necessaria rerum pro-
prietate videtur usurpare. Quomodo cer-
te falsum est: *hanc esse mundi conditionem:
ut sit unus.* Licet enim non nisi unum fa-
teamur esse mundum: hoc tamen esse cō-
tingens absque omni hæsitatione profite-
mur: quod post etiam à nobis demon-
strabitur. Si in mundum necesse est esse u-
num: quid tanta opus est, in utramque
partem disputantium contentione?

C A P. V.

VI. Argumentum.

INsuper dum adest materia pro conscien-
do opere, opus construuntur: *Si materia a-
dest, qua ex Epicuri sententia sunt atomi in-
numera in immenso vacuo. Plures itaque de-
bent conscribi mundi.*

PICCOLOMINEUS.

ADdebat adeste materiae pro mundorum
generatione: at oppositum fuit ostensum.

DISCVSSIO.

FOelix est PICCOLOMINEUS: si tri-
bus verbis suos vincere possit adver-
sarios.

rios. Sed est qui satis acriter objectum ur-
geat argumentum. *Oppositum fuit osten-*
sum. Minimè vero. Quod enim ex Ari-
stotele dictum est: *in hunc mundum omnem*
absumptam esse materiam: non minus du-
bium est, quam sit oppositum: ut osten-
dimus antea. Sed hinc ad argumentum nõ
respondetur: quando contrarium aliis
stabilitur argumentis. Epicur⁹ ait ad mul-
torum mundorum generationem satis fuisse
materiæ, & satis etiam nũ superesse: ppte-
rea se. q̄ infinitæ sint atomi: ex quib⁹ hic,
& alii complures sint procreati. Falsa hæc
quidè est hypothesis: at alia nobis superest
ratio: qua conclusionem stabiliam⁹ Epicuri.
Materia mundi, vel unius, vel pluriũ, cor-
pora sunt sensilia. Progrediendum est
ulterius. Sensilium vero corporum sim-
plicium materia vel nulla est: vel infini-
ta est. Primam etenim materiam in-
formem esse necesse est: siquidem qua
formata est, ex alia quapiam priore con-
stat: & simpliciore. Verum si est infor-
mis, etiam infinita est. A formis enim om-
nis est definitio. Διὸ ἡ ἀγνώσκουσα, ἢ ἀπερφρα-
εἶδος ᾗ δὲ οὐκ ἔχει ἢ ὕλη. Materia cũ formam
non habeat, infinita est: & ob id et-
iam cognosci non potest. Nihili hæc

*Mund⁹ hic
non omnem
absumpsit
materiam.*

*Ex infinitis
atomis mun-
di non gene-
rantur.*

*Materia
mundi cor-
pora sunt
sensilia.*

*Materia pri-
ma cum sit
informis
etiam infi-
nita est.*

*3. Physic. 6.
66.*

2. *Metaph.*

1. 4.

*Mundi ob
infinitā ma-
teriā fieri po-
tuerunt in-
finiti.*

est proprietates. οὐκ ἔχασον ἔχει τῆς οὐσίας, ἔτι οὐ καὶ τῆς ἀληθείας, καὶ τῆς γνώσεως. Essentiam rei cuiusq; veritas sequitur, & cognitio. Cum itaq; materia prima, ex qua mundi hujus facta sunt eorum & elementa, priusquam mundus ex ea factus sit, infinita fuerit: quidni mundis sufficeret generandis infinitis? Si vero non ex materia, sed ex nihilo mundum hunc velis esse factum: eadem erit hujus nihili ratio: quæ materiæ infinitæ. Hoc discussisse debuit PICCOLOM: & non tribus solum verbis dixisse: *Oppositum fuit ostensum.*

C A P. VI.

VII. Argumentum.

*Ex multis
actū non cō-
surgit unū
per se.
Contingens
est: quicquid
est ex acci-
denti.*

PRæterea ita argumentari posset quispiam: si mundus est unus: vel per se unus est, vel ex accidenti. Per se non est unus: quia ex multis actū, non consurgit unum per se, & præsertim ex contrariis: nec datur una substantia forma, quæ ea in unum redigat. Si ex accidenti: igitur possunt esse plures. Quod enim est ex accidenti, potest non esse, & secus esse.

PICCOLOMINEUS.

Respondeo esse unum secundum se. Nam conditio ejus est, ut sit unus. *Et dice-
bant.*

dictebatur, ex multis actu non consurgere unum per se. Respondeo in hac ratione includi fallaciam ex equivocatione ductam. Nam aliud est considerare an mundus sit unus, vel plures: aliud considerare cum sit unus, quomodo ei unitio competat. De primo, dixi esse unum secundum se. De altero in precedenti cap. patefeci: quomodo mundi partes inter se connectantur.

DISCVSSIO.

MAlè profectò disputat PICCOLOMINIENS. Si mundus per se est unus: necessariò est unus. Si verò per accidens: contingenter unus est. *Fallacia hæc est equivocationis: Quid tu dicis? qua in voce hîc admilla est æquivocatio? Aliud est considerare an mundus sit unus: & quomodo sit unus. Quid hoc ad rem? Ad argumentum absq; ambagibus, & apertè respondendum fuit. Non hîc quæritur an mundus sit unus, aut plures: quando plures esse demonstratur: Neq; etiam quæritur quomodo mundus sit unus: sed quia mundus non est per se unus: ideo concluditur, posse esse plures. 2. De primo dixi mundum esse unum secundum se: At hoc falsum esse jam probatum est. Quod enim ex substantiis actu existentibus constat*

Per se nõ est unum: quicquid ex multis est.

unum: per accidens unum est, non per se. Quare igitur ad hanc rationem non respondit PICCOLOMINEUS? Causam novi: quam proferre nolo.

C A P. VII.

VIII. Argumentum.

Unum numero continuum est s. Metaph. Mundus non est continuus.

DEmum si mundus est unus, vel genere, vel specie, vel numero est unus. Non numero: quia unum numero, est continuum. Mundus non est continuus. Et unum numero definitur, cuius una est materia. At mundi non est una materia. Non est unus specie: alioquin haberet speciem aliam sibi oppositam. Non genere: alioqui plures darentur eius species.

PICCOLOMINEUS.

Mundus est unus analogice. Mundus cum sit ens: ab uno est.

CAndav: 1. Cael. q. 24. inquit, mundum non esse unum numero: quia non continuum. Non specie, quia sub genere: alioqui daretur altera species ei opposita. Non genere: alioqui darentur plures mundi species. Sed esse unum unitate ab uno, quam analogicam appellant: idq; ostendit autoritate Aristotelis 4. Metaph. 2. dicentis, ens esse ab uno: at mundus est ens in omnia.

Hanc

Hanc sententiam veram non censeo. 1. Quia quod constat ex omni materia, est numero unum, & multiplicari non potest. 2. Qui dicit formam in materia, dicit particulare, & numero unum. 3. Unum analogia est tale, ut predicatur de contentis sub eo: ut ens de quolibet gradu ejus. Mundus de suis gradibus in minimè predicatur.

Dicamus itaq; mundum esse unum numero: hoc est unum numero unum, omnia continens, & unum numero ordinem ordinatum,

At instabatur: quia non est continuus. Respondeo non omne unum numero debere esse continuum: sed solū quod sub propriè sumpta specie in predicamento continetur.

Mundus est numero unus per similitudinem: ut etiam dicitur unus specie per negationem: quia non multiplex. Pariter unus genere. Hac enim vera sunt per similitudinem, & negationem. Insuper etiam animal unum numero non propriè est continuum: sed est unum per connexionem. Hinc Aristoteles 8. Phys. 30. ait nullum continuum movere se: quatenus animal non propriè est corpus continuum: ut corpora similitum partium: sed est colligatum. Sic etiam mundus ex parte ultima formæ, & virtutis efficitur à Deo per motum, & essentias rerum, potest dici cō-

Mund' numero est unum.

Non omne numero unum, est continuum.

Animal numero unum est per connexionem. Animal si continuum esset seipsum movere non posset.

*Mundi con-
tinuitas, Di-
vina virtu-
tis diffusio-
ne definitur.*

*Mundus est
unum nu-
mero.*

*Mundus
quomodo sit
unum gene-
re.*

tinuus: ut in 1. meteor. ait philosophus, oportere mortalem orbem superis latioribus esse continuum: & in 2. de celo 26.

DISCVSSIO.

QUOMODO MUNDUS
SIT UNUS.

Multas homines isti quæstiones movent inutiles: & de lana caprina graviter inter se contendunt. Insigniter profectò impudentem cum oportet esse: qui mundum negare ausit unum esse numero. Licet enim mundi essent uno plures: hic tamen esset numero unus. Discrimen hic negligendum non fuerat inter unum, & unicum. Petrus enim etiam homo est numero unus: etsi plures ipso sunt homines. Sed quid de hac istorum philosophorum disputatione sentiendum sit: paucis explicemus.

Mundus an sit unum genere dubitatur. Si per mundum pulchra, & ornata rerum diversarum compages intelligatur: dubium non est: *quin mundus genere sit unum quidpiam.* Plures enim hujuscemodi sunt compositionum species. Hominem, & hoc universum, quis specie differre neget? An vero propriè dicti mundi specie sint diffe-

diffe-

differentes, aut esse possint, dubium est. Neque dubitandi deest ratio. Nam ejus mundi, quem hoc penitus destructo conditurus est Deus, species ab hujusce alia futura est: quia finis etiam erit alius: perfecta videlicet beatorum hominum felicitas. De condemnatis etiam dubium est: *an sint in eodem mundo mansuri*: vel in alio. Si namq; sit alius futurus: etiam erit specie differens. Alius enim finis aliam facit speciem.

Neque specie unus est mundus: quia haberet speciem aliam ei oppositam. Hoc non videtur improbare P I C C O L O M I N E U S: quod non reprehendit. Falsa tamen est ratio. Quidvis enim per se, & essentia suæ respectu, specie est unum: licet nō sit perpetuò ei species alia opposita. Unum ergo specie dicitur id quod unam habet non formam, sed speciem. Quod discrimen hîc observandum est merito: ne totidem subito rei cujuscumque dicantur esse species: quot formæ sunt. Postrema namq; forma, quæ actu propterea dicitur esse, quod nulli subsit alteri, speciei sola nomine designatur: Unde facile potest intelligi: quid inter actum rei cujuscumque sive speciem, & temperamentum intersit. Hoc enim illius respectu materiae habet rationem. Quid

An multâ mundi specie differat.

Mundus quem creabit Deus: non erit hujusmodi similis.

Vnum specie, non exigat necessario multitudinem.

Vnius rei non tot sunt species, quot forma.

Quod sit inter speciem & tempera-

*mentum dis
crimen.*

*Mundus spe-
cie est unus.*

*Unum spe-
cie per nega-
tionem.*

*Quicquid
est: per es-
sentiam est:
non per af-
firmationem.*

*Nihil est per
nega. 10. 16.*

igitur? An mundus hic specie est unus? Dubium non est quin ex multis, & variis speciebus conflatum sit quiddam. Alia namq; terræ species, & alia est aëris. Quia tamē totius mundi, quā totum quiddam, & unum est, sua est, & unica species: merito unum dicitur esse specie. Sed nihil hoc ad propositam facit quæstionem. Licet enim complures essent mundi, specieque differentes: hic tamen specie esset unus. Hic homo specie est unum. Et hic equus etiam specie est unum. Sed hic homo, & hic equus, non sunt unum specie. Mira vero est PICCOLOMINI descri- ptio. *Mundus hic est unum specie per negationem.* Hoc est de industria obscuritatem affectare; & fraudem moliri: quod sophistas decet, non philosophos. Per affirmationem, nihil est. Sed quidvis per essentiam est id quod est. Assertio non dat esse rebus. Ita neque negatio detrahit. Si tamen ita loqui lubet: ut affirmationi & negationi rerum ascribatur essentia: non refragabor: modo per affirmationem res esse dicat quod sunt: & per negationem, id non esse, quod non sunt. Absurdum autem est: quidpiam per negationem, id esse quod est.

An vero mundus hic numero sit unus, etiam disputatur: quod ego certè præter omnem

omnem rationem fieri iudico. Quis possit enim id non esse numero unum: quod multa non est numerata? Non equidem inficior, quin multa sint ex quibus hic conflatus est mundus: sed quia mundus nomen est totius, non partium: quis existimet mundum hunc, qui totum unum est, non esse numero unum? *At continuum tamen esse necesse est, quicquid unum est.* Itane? Quasi vero unica hæc sit unius ratio. Aliud est ἐν ἀπλῶς: aliud ἐν συνθέσει. Et hoc quidem συνεχεία est ἐν: aut ἀπλῆ. Simpliciter unum esse dicitur id, quod non est multa: καὶ τὸ ἀδιαιρέτην: quod dividi nullas in partes potest. Quod vero compositum est ex pluribus: aut continuum est, aut contiguum. Siq; verius unum id dicatur, quod continuum est: id tamen etiam verè unum esse dicitur, quod per contactum est unum. At quæ se invicem contingunt corpora, numero multa sunt. *Ἐν δὲ θεῖς ἀπληθῶν ἀπόμενα ξύλα, ἃ φησὶ τῶν τε εἶναι ἐν.* Multa ligna sese invicem contingentia, non dixeris unum esse. Credo equidem: at neq; tu dixeris multas unius rei continuæ partes, unum esse. Multa ligna mensam unam constituunt: quæ per se quidem multa sunt: per accidens autem, hoc est, per compositionem,

Id quod non est multa separata: unum est numero.

Multis modis unum numero dicitur.

Simpliciter unum quid sit.

Unum contactu sitne verè unum.

5. Meta. 6.

Quæ se contingunt, multa sunt: sed ex iis verè unum est.

quæ unio, & unio quædam est, verè dicuntur unum esse quiddam: ut mensa domusvè.

5. *Meta. 6.*

*Omnium
corporum
una est ma-
teria. Vnū
ergo sunt nu-
mero.*

At unum numero definitur, cuius una est materia. Ἀριθμῶ μὲν, ἅν ἢ ὕλη μία. Quid? An non etiam huiusce mundi totius, una est materia? Multorum corporum, multæ sunt materiæ: & diversorum, multiplex etiam est materia. Rectè quidem hoc: at unius tamen, etiam una est materia: & quomodo totum unum est: eodem quoque modo una ejus est materia. Multa elementa, & multa corpora cælestia compositione sunt unum: quæ materia etiam sunt totius universi.

*Mundus nō
ob id est nu-
mero unum:
quod totam
occupet ma-
teriam.*

*Vnum nu-
mero, mul-
titudinem
similium nō
excludit.*

PICCOLOMINEI tamè rationes exiguæ, vel nullius sunt ponderis. 1. Propterea mundus est unus: *quia quod constat ex universa materia est numero unum.* Antea dictum est id etiam unum esse, quod solum non sit, aut unicum. Aliud tamen est, si dicamus absolutè, *mundum numero esse unum*: & aliud est, si dicamus: *hunc mundum esse numero unum.* Hæc enim propositio, mundorum non excludit multitudinem. Illa vero intelligi potest ita: ut non nisi unus mundus esse dicatur. Quod hæc ratione quidem confirmari potest: quam attulit PICCOLOMINEUS. Si namque

præter

præter illam, quæ hujus est mundi, materiam, alia nulla sit: certum est unum esse mundum, non plures. Sed nihil hoc ad rem propositam facit: quando quæritur hic mundus quomodo sit unus. 2. *Qui dicit formam in materia: dicit particulare, & numero unum.* Quasivero particularis sit omnis materia. Qui dicit animal: formam dicit in materia: cum genus dicat tamen: non individuum. Generis, & specierum formæ, in materia sunt universali. Sola verò individui forma, cum sit in individua materia, particulare facit, & numero unum. Qui mundum dicit: speciem dicit, non individuum. Non enim mundus, & hic mundus, idem sunt. Hujusce mundi forma, in materia est numero una: quæ mundum etiam hunc facit numero unum. Licet unitatis ratio magis ex forma, quàm ex materia totius sumatur.

Hinc ait Aristoteles continuum nullum se movere. Πῶς ἐνδέχεται συνεχές τι, ἢ συμφύεσ αὐτὸ ἑαυτὸ κινεῖν, ἢ ἄλλῃ ἐ συνεχές μὴ ἀφ᾽ ἑ, πάντῃ ἀπαφ᾽ ἑ. ἀλλ᾽ ἢ κεχωρίσται, πάντῃ τὸ μὲν ποιεῖν πέφυκε, τὸ δ᾽ ἵπτασθαι. Qui possit enim id movere seipsum, quod continuum, & connatum est? Quæ etenim continuum est, non contiguum: hac etiam ratione est impatibile. Sed quæ

Non omnis materia est singularis.

Generis & speciei materia est universalis.

Unitatis ratio magis ex forma petitur.

8. *Physicor.*

4. 30.

Continuum movere seipsum non potest.

*Ad motum
movens, mo-
tumque re-
quiritur.*

*An patia-
tur id quod
seipsum mo-
vet.*

*Animalia
certis se mo-
vent instru-
mentis.*

*Nervus pñ-
Et⁹, seipsum
moveret.*

separatum est, ita se habet: ut hoc quidem agere possit: aliud vero pati. Magna hæc est disputatio: quam Deo volente suo tempore discutiemus. Ut moveri possit quidpiam, Aristoteles duo ad minimum requirit: quorum hoc moveat, & alterum moveatur. Quod vero continuum est, & ejusdem naturæ: cum partes non habeat diversas, à seipso pati nequit. Rectè hoc quidè: si passio sit omnis motus. Quod ex seipso movetur: id nos absque passione, per se, & non ab alio moveri p̄stitemur. Nihil enim est præter lapidè, quod ipsum moveat deorsum: Sed ipse ex seipso movetur absq; alio movente.

Quatenus animal non est propriè corpus continuum. Equidem totum animalis corpus, etsi seipsum movet: instrumentis tamen utitur ad motum necessariis: quæ instrumenta variæ sunt partes, non continuæ, sed contiguæ. Jam vero nervus quispiam compunctus seipsum movet: quamvis continuum, & simile sit quidpiam. Cujus motus ratio magis hîc manifesta est, quàm in lapide. Vis enim hic est animalis, quæ nervum movet. In lapide vero nihil est, præter ipsam ejus substantiam.

Sic

Sic etiam mundus ex parte ultimæ formæ.
 Mystera loquitur PICCOLOMINEUS:
 vel anigmata potius. Ego quod dicere velit,
 non intelligo. Alii fortè intelligent, qui-
 bus plus est ingenii, quàm mihi. Conjice-
 re tamen liceat, quid dicere velit.

Mundus hic propterea dicitur continuus:
 quod vis quadam a Deo, cæli supremi motu,
 per universum orbem diffundatur. Atq; si hac
 Dei virtute, mundi partes omnes, & uni-
 antur, & continentur: quomodo anima
 corpus animalis continere dicitur.

Quid autem de mortali orbem dicitur?
Superis lationibus esse continuum. Nimis ob-
 scurè. Num corporum cælestium motus,
 orbem universum facit continuum? Τὸ ᾧ
 τῷ σφαιροειδῆ συνεχῆς, σφαιροειδῆς. Ita ma-
 ximè continuatur universum: quod ejus
 partes omnes sint sphericæ. Nam φ sphæ-
 rico est continuum: id etiam est sphericū.
 Hæc formæ, & figuræ similitudo multum
 ad unionem; sive continuationem facit.

C A P. VIII.

IX. Argumentum.

ARISTOTELIS.

Aπείρη ἡ ὄντος τῆ ἕως, καὶ σώμα ἀπειρον εἶ-
 ναι δοκεῖ, ἔ' κόσμου. Τί ᾧ μακρόν τῆ κενῆ

*Dei diffusa
 virtus an
 mundum
 uniat.*

1. *Anima.*
 5. 90.

2. *Cæl.* 4.
 25.

3. *Phys.* 4.
 32.

ἐν ταύτῃ; ὡς εἶπερ μοναχὸς καὶ πανταχὸς ἀνάγκη εἶναι τὸ ὄγκον. ἀλλὰ δ' εἰ καὶ ἐστὶ κενόν, καὶ τίποτος ἀπείροσ, καὶ σώμα ἀπείρον ἀναγκάσιον εἶναι. τὸ γὰρ ἐνδὲ χροστῆ τῶ εἶναι ἴδ' ἐν διαφέρει ἐν τοῖς αἰθίοις.

Cum vero spatium extra caelos infinitum sit: etiam corpus infinitum esse videtur, & mundi. Cur enim potius in hac vacui parte? Quare sic ubi moles corporea sit: etiam ubiq; esse necesse est. Simul autem si vacuum, & locus est infinitus: etiam necesse est corp^o esse infinitum. Nam inter posse & esse discrimen æternis est nullum.

DISCVSSIO.

AD hoc argumentum, ipsum velim Aristotelem respondisse. Licet enim extra caelum neque locum, neq; vacuum esse censuerit: certum est tamen si locus non sit physicus, spacium esse, neq; plenū neq; physicum; quod sit etiam non minus atque locus physicus, physici corporis capax: qua de re paulò post agetur. Cum itaque hujuscemodi spacium extra caelos infinitum sit: mundos etiam oportet esse infinitos. Nullum enim corpus est, quod non vel in hoc, vel in alio mundo sit. Corpora

*Extra caelum
est spacium
corporum
capax.*

*Extra mundum, infinitum
oportet
esse corpora.*

pora autem oportet in infinito spacio esse infinita : quod duabus demonstrari potest rationibus. 1. Si vacuum sit spaci-um : locus est : quid enim præter locum vacuum sit? Locus autem nullus est, qui nõ aliquod in se comprehendat corp⁹. Ut enim corpus nullum est, quod nõ sit in loco: ita etiam censet Aristoteles nullum esse locum in quo non sit corpus aliquod. 2. Cum in æternis idem sit esse, & posse: quidni spaciun illud infinitum ab æterno mundos ceperit infinitos: quorum ab æterno capax fuit? Hæc certè ratio est gravissima: quam salvis Aristotelicis principiis, & hypothefibus, nemo diluerit.

*Locus abs-
que corpo-
re nullus est.*

*Ab æterno
factum est,
quicquid fi-
eri potuit.*

C A P. IX.

RATIONES QUIBUS DE-
MONSTRATUR EXTRA
MUNDUM INFINITUM
esse spaciun.

Μάλιστα ἢ καὶ κυριώτατον, ὃ ἴ κοινὴν ποιεῖ ἀ-
πορίαν πᾶσι. διὰ γὰρ τὸ ἐν τῇ νοήσῃ μὴ ὑπο-
λείπειν. καὶ ὁ ἀριθμὸς δοκεῖ ἄπερος εἶναι, καὶ τὰ
μαθηματικὰ μεγέθη, καὶ τὸ ἐξω τῶ ἔρανε.
In primis autem, & maximè, id quod
dubitationē movet omnibus. Cum

3. Physicor⁹
4. 32.

enim animo compræhensa magnitudo, nullum progredientibus finem præbeat: & numerus etiam infinitus esse videatur, & mathematicæ magnitudines: etiam id quod extra mundum est spacium, nullis continetur limitibus.

Mundo nondum existente: spacium fuit: quod eum susciperet.

Spacium corporis capax: à solo definitur corpore locato.

Ut locus aliquod suscipiat corpus: nulla est opus actione.

Ad hanc demonstrationem 1: assumitur hæc ppositio. *Extra mundum spacium quoddam esse infinitum.* Quod negari nequaquam potest. Nam prius quam mundus crearetur: inane spacium erat: ubi nunc mundus est. Quis vero cogitet spacium illud solum fuisse: sc. extra quod aliud similiter inane non fuerit? Infinitum id utique fuisse: potest hinc intelligi: quod aliter quam à recepto corpore definiri non potuerit. Deinde quid causæ sit: quod hic ubi mundus est, duntaxat huiusmodi fuerit spacium: & alibi fuerit nullum. Spacium corporis capax quidnam sit aliud præter nihilum? quod cum sit nihil: nullas etiam differentias: nullos ipsum habet terminos: quibus definiatur. Tu vero cogitas *nihilum nullam esse potentiam*: ita ut corpus recipere non possit. Nulla hic opus est potentia. Sed satis est: modò nihil sit quod corporis impediatur

pediat præsentiam. Non ita nos hoc nihilum esse dicimus: ut suam dicit Aristoteles materiam: cujus sc. virtute forma Physica sustineatur ut esse possit. Corpora namque sua virtute & essentiâ perfectâ subsistunt: neque ullo ut sint subjecto indigent. Spacium illud inane si quid esset verè subsistens: vel corpora impediret: vel non juvaret. Ut vero juvet: non est opus: quando substantiæ omnes suum in se habent subjectum: ut verè etiam ob id in seipsis esse dicatur: quod in nullo alio sint. Unde satis intelligitur Anaxagoram errasse: quod hoc soli tribuerit infinito.

2. Et hoc etiam assumitur: *Infinitum*, sc. illud spacium omni ex parte corporis esse capax. Et meritò quidem. Cur enim ejus pars aliqua mundum capere potuerit: & reliquæ partes nullius sint corporis capaces?

3. Τὸ ἐν τῇ νοήσει μὴ ὑπελείπειν. *Qui de spacio extra mundum cogitat: nunquam ad ejus finem pervenit.* Quanam ergo sit adeò subtilis alia ratio: quæ adversus eam cogitationem: ejus spacii terminum aliquem demonstrat? Talis fortè cogitatio, phantasia est,

Vacuum nõ est ut materia.

Locus est optimus: qui nihil habet essentia.

Si pars infiniti vacui, corporis est capax: etiã totum est.

Mens cogitando nullum extra mundum invenit. terminum: vel

*alicujus sub
stantia, vel
spacii va-
cui.*

*Numerus
adjectione
crescit in in-
finitum.*

*Magnitudo
mathemati-
ca termino
vacat.*

est, rerumque conceptus: quæ non sint. Nequaquam certè vel omnis, vel talis im-
ginatio fallax est. Nam extra mundum,
vel est aliquid necessariò: vel est nihil: U-
trumvis esse dixeris: infinitum est. Quid
enim sit quod terminet?

4. Καὶ ὁ ἀείθριος. *Quis numero crescenti
finem imponat?* Veluti numerum quem-
vis datum, augere potes alium adjiciendo.
Sic & spacium illud extra cælum, semper
longius extendi potest.

5. Καὶ τὸ μαθηματικὸν μέγεθος. *Qua nu-
merorum: eadem quoque ratio magnitudinis
est mathematica.* Quis enim hujus termi-
num aliquem invenerit?

ARGUMENTORUM
MODO EXPOSITO-
rum alia solutio.

I.

C A P. X.

A MUNDI FORMA.

MVndi forma non est simplex, & abstra-
cta: sed materiata: Mundi ergo sunt
uno plures.

SOLU-

SOLUTIO.

Consecutio nulla est. Quicquid enim afferant Peripatetici: materia neque multitudinis, neque varietatis rerum causa est: cum & indivisa per se sit, & omnino indifferens: ut in Alpibus casis adversus **CÆSALPINUM** ostendimus copiosè. Multæ hominum formæ, homines ex una materia multos faciunt. Unam vero dicimus materiam, quæ prima est, & omnium expers formarum. Hæc enim per se una, & continua est: sed à multis, variisque formis dividitur, & fit multiplex. Neque obstat quod ab Aristotele dicitur: *homines equidem esse multos, sed unam tamen omnium esse speciem*. Hæc enim dum in mente est, non singulare quiddam est, sed univiale: quo multæ, sed ejusdem tamen naturæ, multorum individuorum formæ designantur. Atque ita nullum univiale, verè unum est. Τοῦ δὲ ἀπὸ τῶν ἐν, ἀδιαίρετον. Univiale, multorum est in quæ dividitur. Præterea species hominis, mente concepta, nullius hominis forma est. Singularium enim singularia sunt principia. Quin & de multorum hominum materia, idem quod de forma dici potest: si mente similiter, ut ipsa forma percipiatur. Ita

Materia neque multitudinis neque speciei est causa.

A formis est materia divisio.

Multorum hominum species in mente una est.

Verè nullum univiale est unum.

10. Met. 1. 2. Species mente concepta nullum informat hominem.

13. Met. 10. Multorum hominum

*materia,
mente con-
cepta etiam
una est.*

*Genus ma-
gis est uni-
versale, quã
differentia.*

*Forma qua-
dã nisi mul-
ta sint: im-
perfecta sunt.*

*Qua socie-
tate perfici-
untur sub-
stantia: mul-
tas esse oportet.*

enim etiam universalis erit, & una. Si namq; omnium hominum una est differentia: genus etiam unum est: q̄ eò quoq; magis unum est, quã differentia: quò magis est universale, pluribusq; competēs.

Non ergo materiæ causã mūdōs necesse est esse uno plures. Quin potius ex mundi forma, de quæstionē proposita ferendum est iudicium. Si namq; talis sit: ut plures p̄ster esse, quã unicã: tum demum sufficiens hæc erit ratio: plures esse mundos. Hominis forma & natura est ad societatem comparata: & ob hoc etiam, ad multitudinem. Mundi vero forma, & essentia suum ut assequatur finem, nulla indiget societate. Siq; plures sint mundi: magis quã numeri, erunt ἐπεσοδιαίδεις. Nullus enim erit, qui ad alterius perfectionem quicquam conferat.

C A P. II.

II. Argumentum.

Plures sunt mundi: sive à natura: sive ab aliquo alio sint opifice.

S O L U T I O.

AB hac disputatione removenda hæc est propositio. *Mundum hunc, plures*

resvé alios, à natura esse: qua de re jam satis aliàs est actû. Pars igitur altera sola sumatur. Mundum qui fecit unû, plures vel fecit, vel facere potuit. Utiq; potuit. Nequaquã tamen fecisse hunc oportuit, qdquid facere potuit. Finita namq; voluntas, infinitam restringit agentis liberi potentiam.

Quod vero audet asserere P I C C O L O M I N E U S, & impium, & absurdum est. *Deum videlicet neq; potuisse, neque posse mundos facere plures. Quid enim causæ sit, cur ejus ad opus unum astricta sit potentia: quem constat esse omnipotentem? An ei materia desit, aut virtus? An est, quod plures volentem facere mundos impediat?*

C A P. XII.

DEUM PLURES MUNDOS PROCREARE non posse.

P I C C O L O M, cap. 9.

*D*icamus itaque mundum, nec esse, nec esse posse multiplicem, quod præsertim ex tribus conspicue elicitur.

I. Argumentum.

*P*rimo, ex modo quo pendet ex Deo, ex sententia Aristotelis. Nam ex Deo pendet

Natura mundum non fecit.

Agentia voluntaria nõ faciunt quod facere possunt.

Impia Piccolominei sententia de Dei potentia.

Si Deus unum fecit mundum: quidni plures etiam facere poterit.

*Mundus q̄
ex Deo ef-
fluat: non
potest nisi
unus esse.
Ex uno non
nisi unum
prodit.*

*Materia
nulla est, ex
qua possit
alius fieri
mundus.*

*Si plures ef-
sent mundi:
nullus Dei
esset imago.*

*cum quadam necessitate natura: per quem
modum ex uno non potest proxime & ada-
quate prodire nisi unum. Ut enim ex sole u-
num lumen: ex igne uno, una calefactio pro-
dit: Ita ex uno principio, unus ordo, & unus
corporeus mundus.*

2. Argumentum.

Altera ratio sumitur ex materia, que est
causa sine qua non. Cum enim mun-
dus ex tota materia constet: nec adsit mate-
ria, ex qua alius constitui valeat, necesse est ut
unicus sit.

3. Argumentum.

Mundi conditio est, ut sit universum ab-
solute, totum, & perfectum. Si mundi
essent plures: nullus esset absolute universum,
nullus imago Dei. Nullus itaque esset mun-
dus. Quare asserere mundos esse plures, est
pugnantia p̄ferre.

S O L U T I O.

I. Argumenti.

Cum demonstrare non potuerit P i c-
COLOMINEUS, non nisi unum esse
mundum: magna certè ejus est temeritas
& imprudentia: quando probare nititur

mun-

mundum esse necessario duntaxat unum : ut non possit etiam Deus creare plures : si vel maximè velit. At fortè non ex animo : sed ex Aristotelis sententia moliri hoc ausus est. Ita fortè censuerit : quisquis PICCOLOMINEUM magis, quàm veritatè amat. Aliud tamen ejus verba docent : PICCOLOMINEUM videlicet Aristotelis probare sententiam : si modò hæc Aristotelis fuit, quam stabilire niritur. Profectò si pius esset PICCOLOMINEUS : veram, & Christianam Teologorum sententiam, Aristotelicè non postposuisset.

Quid ergo tanti est roboris? *Quicquid agit Deus natura sua necessitate : id non nisi unum esse potest.* Ita ego etiam existimo. Multorum enim contingentia est, non necessitas. Sed hoc suis tamen exemplis malè probat PICCOLOM. Sol enim & ignis non simplici & absolutâ : sed naturali agunt necessitate : quæ & multorum est, & contingens. Quis etiam unum credat solis esse lumen : ut mundus est unus? An non plurimæ luminis solaris sunt partes : quarum una quælibet lumen est?

Ad alterum exemplum quod attinet : quamvis callidè sophisticam exerceat PICCOLOMINEUS : facile tamen fraus, & error ejus animadvertitur. *Ex uno igne*

Deum non posse plures facere mundos : impiè est dictu.

Peripateticus mavult Piccol. esse, quam Christianus.

Vnum est quicquid Deus agit necessario.

Absoluta necessitas unius est ita Deus non nisi unius filii pater est.

Opus & operatio non sunt idem.

Opus & operatio non sunt idem.

Vnus ignis multa calefacit corpora.

8. Physic. 6. 49.

Nulla necessitate mundus à Deo pendet.

Deus mundum non facit: ut ignis calorem.

Quelibet ignis pars suam producit calorem.

Dei pars unaquaque suum profert mundum.

una est calefactio. Aliud est $\tau\acute{o}\epsilon\epsilon\gamma\omicron\nu$: aliud $\eta\epsilon\acute{\nu}\epsilon\gamma\omicron\lambda\alpha$. Lumen antea positum fuit: non illustratio: jam vero non calor ponitur: sed calefactio. Sed age. Calefactionem pro calore sumamus. An unius ignis non nisi una est calefactio? Nempe si rem non nisi unam calefaciat. Quid tum ergo si res multas unus: calefaciat ignis? Ut motus sit unus: rem etiam non nisi unam moveri oportet: si recte nos docuit Aristot.

Nam ex Deo pendet mundus cum quadam natura necessitate. Falsum hoc est: ut alias sepe docuimus. Sed minor hæc propositio ad exempla majoris accommodetur. Sol, & ignis lumen & calorem ex se fundunt necessario. Sic & Deus ipse mundum hunc unum ex se producit quadam essentia sua necessitate. Solis nulla pars est, quæ non aliquid profundat luminis. Et Dei nulla pars est, quæ mundum non producat. Quid ergo causæ est, quod una solum ex parte mundum producat Deus? Sol extra se circumquaque; lumen fundit. Quidni igitur extra se Deus circumquaque; mundos producat infinitos? Deum quis mundo neget esse majorem? At lumē solis ipso est sole multo majus. Exigui nempe solis, tantum opus est: & tanti Dei opus est tantulum. Affer quæso P I C C O L. hujusce rationem discriminis.

II. Ar-

II. Argumentum.

S O L U T I O.

Vide lector optime PICCOLOMI-
NEI Deus quàm pauper sit. Non po-
test hic plures uno cōdere mundos: *Nam*
materia ei non suppetit: quæ causa tamē est,
sine qua creari mundus non possit. Nescio
quis iste sit Deus. Noster enim quē colim⁹,
adeò magnus, & potens est: ut nullis ege-
at causis adjuvantibus. Falsum ergo est, &
manifesta in Deum est blasphemia: cum
ait PICCOLOMIN. *materiam esse cau-*
sam sine qua Deus mundum procreare nō pos-
sit. Cum enim Deus non materiam mi-
nus, quàm formam faciat: quī materiam
ad materię primam poscat generationem?
Præterea si materiam ipse non fecerit, ex
qua mundum creavit: unde hæc ei sub-
ministrata est? Quis hanc alius fecerit
Deus, qui fuerit potentior? Ab æterno
fortè fuit, à nullo facta. Infinita ergo fuit.
Infinitum enim est, quicquid factum, seu
definitum non est ab alio: siquidem sei-
psum definire potest nihil. Quare igitur
Deo suo materiæ penuriam
objicit PICCOLOMI-

NEUS?

I 4

Piccolomi-
nei De⁹ ad-
modū pau-
per est.

Deus noster
nullam exi-
git adjuvā-
tem causam

Deus absq̃
materia
mundum
facere po-
test.

Quis pri-
imum Deo
materiam
submini-
straverit.

Infinitum
est, quicq̃d
factum non
est.

III. Argumenti.

S O L U T I O.

*Mundus nō
est absolute
omnia.*

*Mundus
hic univer-
sum est. li-
cet alii plu-
res sint.*

*Mundus li-
cet unicus
sit: absolu-
te univer-
sum non est.*

Mundi conditio est ut sit universum ab-
solutè. Velim hominē philosophum
agere, & loqui consideratius. Quod quæ-
so est universum absolutè? An non id quod
omnia est absq; omni exceptione? Quid
vero ad mundum incorporeæ substantiæ?
Mundus est omnia corpora. Non ergo est
absolutè omnia; quando hinc substantiæ
amoveantur incorporeæ. Quin & probari
hoc volumus: *mundum sc. absolute omnia
esse corpora.* Hoc enim id ipsum est de quo
disputatur. Ita principium perpetuò petit
PICCOLOMINEUS. Neque mundum
ob id inficior universum esse, totū, & per-
fectum: si plures alios dicam esse mundos.
Iis enim corporibus constat omnibus, quæ
ad ejus perfectionem requiruntur. Quid
igitur obstet quo minus duo, tresve sint al-
ii mundi pariter ut iste est, perfecti? *Si
mundi essent plures: nullus esset absolute uni-
versum.* At dixerim ego etiam, mundum
hunc, si solus & unus sit, non esse tamen
universum absolutè: cum non sit omnia
absolutè. Sic; plures sint alii mundi tales
& tanti: qualis & quantus iste est: quare
non sit eorum quilibet pariter universum abso-
abso-

absolutè? 2. Nullus esset imago Dei. Miror. Homines enim verius quàm mundus, Dei sunt imagines. Hominem Deus, non mundum, ad sui creasse dicitur imaginem. At neq; sibi satis hîc constat PICCOLO-MINEUS. Pòst enim longè aliter sentit: ut ex hisce videre est.

At dubitatur de ratione Platonis sumpta ex idea, quàm dicebat Alexander necessitate carere: cum unius idea, varia numero possint esse imitationes, & participationes. Simplicius in prim. de cælo exponens context. 92. nititur Instantia Alexandri satisfacere, & inquit, semper uni idea unam speciem respondere: at ea in æternis servatur numero æterna, ut in Sole & Luna: in mortalibus verò servatur æterna successione individuorum. At hac solutio nullius videtur roboris, quia non est dubitatio de specie mundi, sed de numero. Valdè simplex fuit Simplicius, qui sententiam confirmat Alexandri, quam refellere vult. Non enim Alexander multas & varias species, uni dixit ideæ respondere. Multorum hominum una tamen est species: Atq; licet una sit idea: multi sunt tamen homines. Quidni etiam multorum mundorū una species, & una sit idea? In æternis fortè unitas est: & in corruptibilibus multitudo: quam individuorum

Homines veri quàm mundus Dei sunt imagines.

Vnius multa possunt esse imagines.

Multa & varia species uni non respondent idea.

Ad multitudinem generatione necessaria non est.

Deum multos facere posse mundos: contradictio est.

Mundum non omnia: sed omnia sua corpora continere necesse est.

infert successio. Nempe si non sint etiam multæ stellæ: quas censent esse tamen æternas.

3. *Quare asserere mundos esse plures, est pugnancia proferre.* Violenta est conclusio. Non potest Deus plures condere mundos: quia facere non potest ut simul vera sint contradicentia. Mundi nō sunt mundi: si multi sint. Quamobrem quæso? Quia mundum, ut sit mundus, unum esse oportet. Non enim est mundus: nisi omnia complectatur corpora. Non omnia absolutè: sed omnia sua. Quomodo quilibet homo suis constat membris omnib⁹: si τριεμνα non sit.

C A P. XIII.

III. Argumentum.

SI quæ vilia sunt, multa sunt: quidni etiam multa sint, quæ præstantiora sunt?

S O L U T I O.

Quæ vilia sunt: multitudine perficiuntur. Mundum

Nulla ratio est. Nam quæ vilia sunt: aliquam ex multitudine perfectionem accipiunt. Quæ vero ex seipsis perfecta sunt: non est ut aliunde perficiantur. Ita nempe mundus hic est per se perfectus:

fectus: ut nullam ab aliis mundis fortia-
tur perfectionem: si forte plures sint. Bo-
norum hîc igitur observandum est discrimen.
Quædam enim quò pauciora sunt:
eò quoq; sunt præstantiora. Minus præ-
stant reges si multi sint. Et præstantissimus
est, qui omnibus imperat. Quædam vero
præstat esse multa. Non enim bonum est,
nonnisi unum vel angelum esse, vel homi-
nem. Et est, quod unum sit necessariò.
Dei solius hæc est necessitas. Mundum
vero præstat esse duntaxat unum: licet
hîc nulla sit unitatis necessitas. Possunt
enim, si Deus velit, esse plures.

*quia perfe-
ctus est, sa-
tis est, unum
esse.*

*Quædam
præstat esse
pauciora.*

*Bonum o-
ptimum est
unicum.*

C A P, XIV.

IV, & IX. Argumentum.

Absurdum est in agro amplissimo nonnisi
unam esse spicam. Et similiter absur-
dum est, in spacio infinito unum duntaxat
esse mundum. Metradorus.

Extra hunc mundum infinitum est spaci-
um: quod ab eterno mundos capere potuerit
infinitos. Ab eterno igitur cepit infini-
tos. In æternis enim esse & posse,
idem sunt.

SOLUTIO.

*Spacium
multis mū-
dis non de-
est.*

DUbbium nobis certè non est : quin ut uni mundo spacium non defuit : infinitis etiam esse possit. Cur enim non nisi hoc sit spacium , quod ab hoc mundo completur ? Sed hac de re post agetur : quantum res ipsa postulat. Quid igitur ? Si mundis infinitis spacium suppetit infinitum : quid causæ est , cur hæc sola pars hujusce spacii mundum habeat ? An non in æternis est actus : quod nobis est potentia ? Spacium infinitum infinitorum capax mundorum , æternum quiddam est. Ab æterno igitur cepit , quod capere potuit.

Magnum & iniquū est postulatum : nisi rectè intelligatur : in æternis idem esse , potentiam & actum. Potentia namq; rerū est futurarum : non præsentitium , nō præteritarum. Ergo neq; æternarum est. At infinitum tamen spacium ab æterno fuisse dicitur mundorum capax infinitorum. Expende hoc diligenter. Causæ potentia , rebus etiam competit æternis. Qui vero potentiam sequuntur effectus : æterni nō sunt. Mundum ab infinito spacio , vel unum , vel infinitos capi : effecta sunt , quæ capiedi sequuntur potentiam. Non ergo ita potuerūt ab æterno capi : ut ab æterno cape-

ten-

*In æternis
esse, & posse
nō sunt idē.*

*Potentia nō
est æterno-
rum.*

*Potētia cau-
sa competit
æterna : at
non effectis
æternis.*

*Spacium in
finitum po-*

rentur. Non enim ab æterno fuit : quicquid esse potuit. Spacium autem æternū, & infinitum potentiam habuit quidem ab æterno, qua mundos caperet : sed qua caperet tamen postea : cum hæc potentiæ sit ratio ; ut effectu suo sit prior. Æterna igitur, ut causæ, non ut effecta potentiam habent. At hæc etiam potentia, & actus idem sunt. Minimè gentium. Rerum enim est potentia quæ nondum sunt : sed esse possunt : atq; ob id etiam harum actu prior est. Spacium hujusce mundi, non prius hunc potuit mundum capere, quàm à Deo conderetur. Proinde prius hunc capere potuit, quàm caperet.

Si vero causam quæras, quare hujus infiniti spacii pars una duntaxat mundum ceperit, & capiat : facilè tibi respondebitur : at non *ἑκατατηχῶς*. Licet hujusce spacii pars unaquæq; mundū capere possit : ut mundum capiat tamen, mundum esse oportet quem capiat. Ut vero sit, à Deo fieri necesse est. Ab hujus ergo Dei nostri Opt. Max. pendet hoc voluntate : ut mundum vel unicum, vel plures creet.

potentiam habuit ab æterno mundos capiendi, nō ab æterno sed aliquando.

Spacium prius mundū capere potuit : quàm ceperit.

Mundum vel unū esse, vel plures : à Dei pendet arbitrio.

CAP. XV.

V. Argumentum.

Qua natura gignuntur, multa sunt.

SOLUTIO.

Mundum, mundosve gigni naturaliter, dictu perabsurdum est. Non enim mundus seipsum facere potest: quod nondū existente, nondū etiam natura fuit.

CAP. XVI.

VI. Argumentum.

Materia satis est, ex qua mundi generentur etiam infiniti.

SOLUTIO.

Quod de atomis dicitur ex atomistarum sententia, nullius est momenti. Non enim atomi mundi, mundorumve condendorum materia sunt. Alia vero est materia, quam primam vocant Peripatetici. Hæc enim cum sit informis, & à nullo facta, etiam infinita est: ut ejus exigua duntaxat aliqua pars ad hujusce finiti mundi procreationem assumpta, & absumpta sit. Quidni ergo quicquid ejus est reliquū similiter in mundos complures, aut etiam infinitos absumatur? Quis enim ejus alias usus esse possit?

Hæc

*Mundorū
materia nō
sunt atomi.*

Hęc Peripateticis discutienda relinquimus: cum materiam hanc vel non admittamus omnino: vel cum *Conimbricensib⁹* à Deo factam esse credamus: & ejus quidē tantum esse factū: quantum hujusce mundi postulavit amplitudo.

At nihilum tamen etiam est infinitum: ex quo mundus hic est factus: & alii fieri possunt etiam infiniti. Possunt utiq; Sed ut fiant, ex Dei pēdet hoc arbitrio, quem non inficiamur infinitos posse procreare.

CAP. XVII.

Mundus per accidens est unus. Plures ergo possunt esse.

S O L U T I O.

ITa est. At non propterea tamen quod mundus hic per accidens sit unus. Per se namq; unus est. Sed corpora ex quibus constat, per accidēs sunt unum quiddam: nempe mundus unus. Etsi vero per se est unus: per accidens tamen est unicus. Non enim hoc est necessarium. Sed mund⁹ hic posset unus esse nihilominus: licet unicus non esset. Ut sit mundus, unū quiddam esse necesse est: at non unicum.

*Mundus
ex materia
factus non
est.*

*Mundus
per se est u-
num sed per
accidens est
unicus.*

CAP. XVIII.

VIII. Argumentum.

M*undus hic non est numero unus. Plures ergo sunt.*

S O L U T I O.

UT numero mundus hic sit unus: satis ipsa ejus est compositio: ut omnium partium continuitate non sit opus.

VNICVM ESSE MVNDVM.

CAP. I.

PICCOLOMINEUS de mundo
Cap. 8.

I. Argumentum.

Q*uod mundus sit unus, multis, & satis firmis rationibus potest demonstrari: & primo hæc veritas ex eo cõspicue elicitur, quia asserentes mundos esse plures in conspiciua labuntur absurda.*

Υ Π Ο Μ Ν Η Μ Α Τ Α.

HOc nempe agere est: quod hisce verbis expressit Aristoteles. Πᾶσι δὲ ἴσον
1870

τῶτο συνήθης, μὴ πρὸς τὸ πρᾶγμα ποιῆσθαι ἢ ζή-
τησιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἀναλήθειαν λέγοντα.

Mala hæc hominum est consuetudo: qui magis vitia exquirunt adversario- rum, quàm res ipsas, de quibus agitur. Multa certè veterum atomistarum fuerunt errata: quæ passim Aristoteles, & Galenus meritorè, & rectè refutarunt. Haud propterea tamen ipsum per se dogma de minimis omnium corporum partibus, falsum, aut absurdum est. Nihil enim est majus: nihil magnum, quod non etiam primis, minimis, & individuis constet partibus: ut integro aliàs opere manifestum fecimus: quam nuncupavimus Apiroromen. Hinc etiam magnæ disputationis initium facit PICCOLOMINEUS: eorum absurda referens dogmata: qui plures judicârunt esse mundos. Horum ego quidem sententiæ non astipulor: cum certò mihi persuadeam, nullo modo plures admitti posse mundos. Sed rem ipsam per se discutiendam esse judico, falsis adversariorum opinionibus sepositis: quibus etiã sublati, vera tamen de mūdorum multitudinè possit esse sententia. Quid enim: *Atomos esse infinitas in vacuo volitantes: ex quarum fortuito concursu mundi facti sunt.*

K

2. Cæl. 18.
80.

In personam
disputandū
non est.

Atomos ve-
rum est ma-
gnitudinis
esse princi-
pia. Sed
multi sunt
tamen ato-
mistarum
errores.

Atomos non
stra confir-
mas Apiror-
ome.

Errores quæ
ad rem pro-
positam non
faciunt: mo-
vere nō de-
ces.

Atomista-
rum erro-
res.

infiniti. Mundos etiã multos crescere, & minui. Hæc & similia cogitata, manifestè absurda sunt, & fatua. Sed ob id tamen nõ sequitur: mundos non esse plures.

C A P. II.

II. Argumentum.

MOTUS primus est æternus, ergo unus: Si unus, ergo continuus. Si unus, & continuus, ergo est ab uno motore, & unius mobilis. Unus est ordo.

Τ Π Ο Μ Ν Η Μ Α Τ Α.

8. Physic. 6.
49.

Φανερόν ἡ καὶ, ἐκ τῶδε ὅτι ἀνάγκη εἶναι ἕν ἐν καὶ αἰδοῖν τὸ πρῶτον κινῶν. δι' ἐδεικται γὰρ ὅτι ἀνάγκη αἰεὶ κίνησιν εἶναι. εἰ ἡ αἰεὶ, ἀνάγκη, καὶ συνεχῆ εἶναι καὶ γὰρ τὸ αἰεὶ ὄν, συνεχές. τὸ δ' ἐφεξῆς, ἔ συνεχές. ἀλλὰ μὴν εἶγε συνεχῆς, μία. πῶς δ' εἰ ὑφ' ἑνὸς τε κινῶντος; καὶ ἐνὸς τῶ κινουμένου.

Ut motus sit unus: unum oportet esse movens.

Quod semper est: continuum est.

Ex hoc etiã manifestum est, necessariò unum aliquod esse, & æternum primum movens. Demonstratum enim est, motum semper esse necessariò. Si vero semper sit: etiã necesse est esse continuum. Nam quod semper est, continuum est. Consequens

quens vero continuum non est. At vero si continuus est motus, unus est. Unus autem ab uno movente est, & unius mobilis

Multa hinc observanda sunt: ut res hæc probè discutatur.

1. *Æternum esse motum antea demonstratum est.* At quam rectè: satis ex iis intelligi potest, quæ de rerum æternitate discutimus. Sed ejus hinc nihil interest. 2. *Motus enim fit æternus etiam continuus est.* Quasi vero non possit etiam æternum id esse quod continuum non est. Rerum generationes, & corruptiones, etsi continuæ non sunt, non minus tamen ab æterno sunt, quàm motus cœlestis. 3. *Quod semper est, est continuum.* Verissime. Quod enim per vices est, aut quod intermittit; non semper est. At nondum tamen constat: *an ea qua per vices semper redeunt, æterna esse non possint.* Non enim idem est τὸ συνεχές, καὶ τὸ αἰδιον: assiduum, & æternum. Solis ad nos accessus, licet continuus non sit, æternus tamen est. Si namque sol in æternum moveatur: etiam ejus ad nos reditus æternus erit.

K 2

Æternum esse motum: falsum est.

Etiã quæ intermittunt æterna sunt.

Non idem est assiduum; et æternum.

*Unius mū-
di movens
unum est.*

4. Si continuus est motus: etiam unus est. Qualivero non multi sint continui motus. Qui continuus est, est unus. Qui continui sunt: multi sunt. Continuitus motus non est absolute unus: sed continuatione. 5. Unius motus continui, non nisi movens unum est: & unum mobile. Quid tum postea? Jam ad rem propius est accedendum. Unum movens est: unus ergo mundus est. Consecutio negatur. Licet enim unius mundi, movens unicum sit: multorum tamen mundorum, multa possunt esse moventia.

C A P. III.

III. Argumentum.

Ex principio quod unū, & absolutissimum est & ita unum, ut conditio ejus sit, ut unum sit, debet proxime pendere opus, quod & unum, & absolutissimum sit. Mundus ex Deo proxime debet.

Υ Π Ο Μ Ν Η Μ Α Τ Α.

*Unus effi-
cens non*

Unicum est rerum omnium principium. Unicus ergo est mundus. Ut vere coniectio demonstretur: hic opus: hic labor est. Unius principii, non aut unum est o-

est opus proximum. Nempe quia mensa-
rius, unius dumtaxat mensæ gratiâ mensa-
rius est. Quid hîc juris est: quo hujusce-
modi superbis, & inconcinnis postulatis,
aliquantum fidei concilietur? *Eo modo*
unus esse oportet: ut ejus conditio sit: esse u-
nica. Magna hîc in obscuris residet sub-
tilitas. Conditionem fortè hîc dicit P I C-
C O L O M I N U S: quam nos necessitatem
dicimus. Deum nonnisi unum esse, non
conditio: sed simplex, & mera est neces-
sitas. Quid tum vero si Deus necessariò sit
unicum mundi principium? *An unius*
causa necessitas, operis etiam unius infert ne-
cessitatem? Unde igitur rerum est multi-
tudo: si principium sit unicum: & ejus et-
iam unicum sit opus? Primum equidem
principium nonnisi unum est necessariò:
atq; hac substantiæ unius necessitate sibi-
ipfi soli est. Quâ vero principium & cau-
sa est rebus aliis: potentiam habet: quæ
multitudinis est mater. Licet ergo Deus
propter necessitatem sit unus: attamò pro-
pter eam quam habet infinitam potenti-
am, plurimorum est causa.

2. *Major ostenditur: quia opus effectum*
imitatur causam, & participat est conditionis
ejus, & natura, ut capax est. Itane? Qua-
si vero effectus omnis suæ sit causæ similis.

nisi unum o-
pus est pro-
ximum.

Deum esse
unum: ejus
conditio nō
est: sed ne-
cessitas.

Unius Dei
multa sunt
opera.

Mundi ni-
hil est: quod
Deo sit si-
milis.

Quantitas non est similitudo.

Ve ab uno procedant multa.

Efficiens si vim suam in opere uno amittat: plura facere potest.

Quid quæso mundus habet, quod Deo sit simile? Præterea similitudo non ex quantitate: sed essentia, vel qualitatibus, est petenda. Filii duodecim nõ minus, quàm unus, suo patri possunt esse similes.

3. *Minor per se patet. Confirmatur, quia ab uno ut unum est, non procedit multitudo nisi ordine aliquo.* Falsum hoc est. Sensus enim ipse contrarium docet: quod firma etiam ratione comprobatur. Cum enim efficiens, suam vim efficiendo nõ amittat: ubi unum produxerit effectum: pariter alium atq; hunc, producere potest. Quibus etiam completis, eadem vis adhuc efficienti supererit, qua plures alios effectus producat. *Nisi ordine aliquo.* Nulli ergo sunt collaterales effectus: si quælibet causa nõ nisi unũ proximè & immediatè producat effectum. Quis etiam hic ordo est? Si pater unus idemq; singulis annis unum generet filium: an non hic ordo erit: quo plures uno filii, ex uno patre procreari dicantur: & proximè quidem, & immediatè?

C A P. IIII.

IV. Argumentum.

Praterea idipsam ostenditur considerando modum.

modum, quo ex sententia Peripateticorum Deus operatur, & res dependent ex eo. Nam Deus, ex Aristotelis sententia, operatur cum quadam natura necessitate. Agens per naturam proximè unum producit, & quacunque ex eo pendent, necessario uno modo, semper, & consimiliter pendent, & propterea ab uno principio non multi, & varii, sed unicus ordo proficiscitur.

Quod confirmatur: quoniam quicumque plures ponunt mundos, nõ ex uno principio prodire asserunt, sed ex variis: ut ex lite, et amicitia dixit Empedocles: vel fortuito quodam concursu eos fieri dixerunt, ut Democritus.

Τ Π Ο Μ Ν Η Μ Α Τ Α.

Agens per naturã. Mira locutio. Num natura istius agentis instrumentũ est: an vero natura ipsa, ipsum hoc est agens? Per naturam, naturalis intelligitur agentis necessitas. Ignis naturali sua quadam agit necessitate. Unicum ergo proximè pducit effectum. Quisnam iste est? Calor. At caloris multa, & varia sunt effecta. Deus Optim. Max. pro calore virtutem habet: qua multos & varios procreet effectus. 2. Aristot. sententia est, Deum agere naturali quadam necessitate. Multũ adhuc hac de re controvertitur. Ego tamen cum

Deus Aristotelis operatur necessario: nonster non intendens.

Qui plures ponunt mundos: plures etiam ponunt efficientes.

Per naturã agere quid sit.

*Deum esse
factum: non
agens volun-
tarium di-
ctū est im-
pium.*

*Si fecit De-
us mundū
necessariō:
fecit ab æter-
no.*

*Si Deus ne-
cessariō a-
git cum sit
infinitus:
infinitos fa-
cit mundos.
Necessitas
multitudi-
nem arguit.*

PICCOLOMINEO crediderim hanc A-
ristotelis fuisse sententiā: quippe qui Deo
nullā omnino tribuerit potentiam: quæ si
non sit: vel nihil agitur: vel agitur necessa-
riō. Sed hoc tamen & absurdū, & impium
esse dogma, nemo est qui vel nesciat, vel
dubitet: nisi qui Sathanam sequi malit
mendacē: quàm sacris literis: aut rectæ ra-
tioni fidem habere. 3. *Quid tum vero: si
Deus agat, quicquid agit necessariō?* Num
propterea non nisi unum produxit mun-
dum? Id agere non potest: neq; non age-
re, quod agit Deus necessariō. Semper id
ergo agit. Proinde si mundū creavit Deus
necessariō: ab æterno creavit: & nunc et-
iamnum creat: & in æternum etiam crea-
bit. Cum itaq; semper in unius mūdi crea-
tione occupetur: non creat, neque crea-
bit uno plures. Rectē hoc quidem: Quid
tum vero: si plures ipsum mundos asserā
procreare posse, propterea q̄ sit infinitus?
Ut quod finitum est, efficiatur: vis sat est
finita. Quidni ergo Deus pro uno, mun-
dos naturali substantiæ suæ necessitate pro-
ducat infinitos? Hæc Dei necessitas mul-
titudinem arguit potius quàm tollat: sed
creationis ostendit perpetuitatem: sive
un⁹, sive plures præsentur mundi. 4. *Quod
confirmatur. Empedocles non tor posuit
crea-*

creationis mūdorum principia: quot pro-
creari iudicavit per vices infinito tempo-
re. Duo namq; duntaxat posuit: Litem
nimirum & amicitiam: quorum hoc qui-
dem mundos omnes procreare censuit:
illud vero eosdem corrumpere. Demo-
critus vero atomos infinitas, non pro effi-
ciente principio: sed pro materiali causa
posuit.

*Duo mundi
principia:
Lis et amio-
citiis.*

C A P. V.

V. Argumentum.

ID ipsum etiam ostenditur rationibus. Et
quia (ut patuit) forma mūdi est multiplex:
quancunq; consideremus, semper apparebit
mundum debere iudicari unum. Nam si
pro forma formam intelligimus abjunctam,
nempe Deum, ex ea conspicue colligimus, mū-
dum esse unum. Nam si Deus est unus: u-
nus est ordo intelligentiarum. Ergo mun-
dus cælestis eis respondens est unus. Sic cæle-
stis: Ergo elementaris.

*Deus abjū-
cta est mun-
di forma.*

*Intelligen-
tiarum or-
do est unus.*

Υ Π Ο Μ Ν Η Μ Α Τ Α.

ALiter hæc extrui poterat demōstra-
tio. Cujuscunq; forma est una: id
ipsum etiam unum est. Unius enim rei

*Vnius rei
non nisi for-
ma est una.*

*Deus cum
sit infinitus:
pōtō plures
potest infor-
mare mun-
dos.*

*Intelligen-
tiarum uno
plures sunt
ordines.*

*1. Cael. 9.
100.*

forma est una: multæque multarum. At mundi non nisi una forma est: nempe Deus. Non ergo mundi sunt uno plures. 1. Falsum est Deum esse mundi formam: quæ de re in 1. lib. est actum. 2. Hoc etiam posito, non liquet propterea non nisi unum esse mundum. Una potest etenim forma esse multorum: ut anima plurimarum animati corporis partium forma est una. Deo cum substantia sit infinita: quidni etiam infinitos informet mundos? 3. Si Deus est unus: intelligentiarum cælos moventium unus duntaxat est ordo. Quamobrem? An non unus Deus multis intelligentiarum ordinibus potest sufficere? Quid etiam si plures intelligentiarum sint ordines? In hoc mundo unus est earum intelligentiarum ordo: quæ cælestes huius mundi sphaeras movent. Quonam igitur illæ referentur: quæ sunt extra hunc mundum?

C A P. VI.

VI. Argumentum.

INsuper inquit Aristoteles 12. Meta. 49. Illud vero perspicuum est cælum esse unum. Nam si plures essent, ut homines, uniuscuiusque principium specie unum erit, & numero multiplex: at quæ numero multa sunt, materiam

certiam

etiam habent. prima autem essentia, cum sit prima entelechia, & purus actus, materiam non habet. primum igitur illud movens, quod immobile manet, cum ratione, tum numero unum est, & ob id illud, quod semper & continenter movetur, unum erit, &c.

Primum movens cum materia uacet: unicum est.

Υ Π Ο Μ Ν Η Μ Α Τ Α.

UNum erit, &c. Si unum, & cetera sit: non unum erit. Locos omittamus. Ubi confusa sunt omnia: distinctione non est opus. Jocos omittamus. Aristoteles est strenuus disputator. *Cin strengert Herz ist er.* Non fert jocos: non ridet.

Qua igitur ratione docet *πρῶτον εἶναι μὴ ἓν* esse mundum. ὅτι ἢ εἰς ἕρανός, φανερόν. εἰ γὰρ πλείους οἱ ἕρανοί ὡσπερ οἱ ἀνθρώποι, εἴτε εἶδει μία ἢ πᾶσι ἕκαστον ἀρχὴν ἀριθμῶν ἢ γε πλάσιν. ἀλλ' ὅσα ἀριθμῶν πλάσιν, ὕλην ἔχει. εἰς γὰρ λόγος, καὶ ὁ αὐτὸς πλάσιν, οἷον ἀνθρώπων, Σωκράτης ἢ εἰς. τὸ ἢ τί ἦν εἶναι, ἔκτεχει ὕλην τὸ πρῶτον. ἐντελέχεια γὰρ ἐν μὴ ἀρα καὶ λόγῳ, καὶ ἀριθμῶν. τὸ πρῶτον κινεῖν ἀκίνητον ὄν. καὶ τὸ κινεῖσθαι ἀρα αἰεὶ καὶ συνεχῶς ἐν μόνον. εἰς ἀρα ἕρανός μόνον.

Aristoteles graviter disputat absq; jocos.

12. Metaph. 8. 42.

Age vero jam hæc paulò diligentius expendemus. 1. Unum est primum movens. Probetur. 2. Materiam

habent, quæcumq; numero multa sunt. Negatur. 3. Omnium hominum una ratio, una est definitio. 4. Socrates est unus: homines multi sunt. 4. Si multi essent cœli: multa essent principia. 6. Ratio ipsum esse rei explicās, materiā vacat. 7. Quia est ἐντελέχεια. 8. Primum ergo movens & numero, & ratione unum est. 9. Proinde etiam id quod ab eo movetur, est assidue unum solum. 10. Unicum ergo cœlum est.

*An sit unū
quicquid
materiæ va-
cat.*

*Vnius ma-
teriæ multa,
& variæ
sunt formæ.
Hominum
definitio u-
na est, quia
materiæ va-
cat.*

*In hominū
definitio ne*

1. Hic primam quærimus: *an propterea primum movens sit unicum, non plura: quod materiam non habeat.* Magnum hoc est postularum. Nam materia cum per se sit una: formæ tamen multæ sunt, & variæ.

2. *Quod materia, multitudinis ascribenda sit causæ, probatur hac ratione: Licet homines multi sint: una tamen omnium est definitio.* Nempe quia hæc est ἐντελέχεια, & materiā vacat: Illi vero materiati sunt. 3. *Omnium hominum una est definitio: quæ non minus materiata est, quàm ipsi homines, qui multi sunt.* 4. *At anima rationalis, quæ hominum forma est, nihil habet materiæ.* 5. *Animæ rationales totæ au-*

mero sunt, quot animæ. 6. Omnes tamen sunt unum quiddam specie. 7. Et omnia hominum corpora unum etiam sunt specie. 8. Materia nec numero, nec specie multiplex est: Sed à formis & multitudinem, & varietatem acquirit. 9. Si multi sunt homines ob materiam: quidni etiam multi sint mundi, eandem ob causam: cum etiam materiati sint. 10. Si sola materiata multa sunt: quare multæ sunt mentes motrices?

CAP. VII.

ARISTOTELICÆ RATIONIS CONFIRMATIO
PICCOLO
miniana.

HÆc Aristotelis ratio, ejusque vis ex hisce principis deducitur. 1. Omnis intelligentia alicui orbi respondet: & orbi primo respondet intelligentia prima, quæ Deus est. 2. Insuper in æternis sub specie non reperitur multitudo individuorum, cum ea parata sit, ut quæ numero non sunt æterna, seruentur æterna successione. 3. Tertium principium est, enucleando individuorum sub spe-

materiam esse necesse est.

Materia omnis à formis est varietas.

Si multi sunt homines ob materiam: multi etiam sunt mundi.

Omnis intelligentia, orbi respondet, quare tamen quid faciat.

Individua multa non sunt in æternis.

Individuorum multitudine non est absque materia.

Mundi non sunt subordinati: ergo neque motores

Nihil orbi cum intelligentia commune est.

Coelestia corpora cum per se, & ex se ipsis moventur: externis non egent motoribus.

Infima intelligentia non minus est Deus, quam suprema.

cie, non est sine materia, ut elicatur ex quinto Metaph. 12. & ex 1. Coel. 92.

Ex his deducitur ratio: quia si mundi essent plures, primi caeli, & primi motores essent plures, & quia mundi non sunt subordinati, sed ut individua sub eadem specie, etiam primi motores essent tales, quod sine materia non contingit.

Τ Π Ο Μ Ν Η Μ Α Τ Α.

HÆc magni dogmatis egregia est confirmatio. 1. Quid intelligentiæ & orbi commune est? Orbis corpus est: intelligentia est incorporea. Orbis est mobilis: immobilis est intelligentia. Quomodo quod non movetur omnino, movere possit localiter? Si per se moventur proprio, & naturali suo motu: quid externis, & incorporeis opus est moventibus? Si multi sunt orbis, & intelligentiæ multæ: Dii etiam sunt multi. Nam quæ orbium inter se: intelligentiarum etiam eadem & ratio, & differentia est. Infimus orbis non minus est orbis, quam supremus. Et infima intelligentia non minus est Deus, quam suprema. Qui fidem nobis non habet: contrarium ostendat.

2. In æternis sub specte non invenitur multitudo individuum. Mira hæc phrasis est.

est. Homines isti de industria obscuritatem affectant. Miror quid hoc pacto quaerant: *In aeternis non inveniuntur multa minus speciei individua.* Quaeritur: an multae in his inveniuntur species. Non inveniuntur multi soles: multae lunae: At stellae multae, & sphaerae multae inveniuntur. Num igitur haec omnes specie differunt? Sed P I C C O L O M I N E I rationem audiamus. *Cum ea parata sit. Quanam ea? Multitudo individuorum. Hac parata est ut serventur aeterna successione, qua numero non sunt aeterna.* Quid hoc? Individuorum successio specierum parit aeternitatem. Quid hoc ad rem? Aliud est individuorum multitudo: aliud item individuorum pereuntium perpetua generatio. Aeterna individua non egent assidua generatione. Manendum est in terminis. De corruptibilibus individuis quaestio mota non est: sed quaesitum fuit: *an aeternorum multa sint individua.* Nos multa esse dicimus: quod ipse etiam P I C C O L O M I N E tacite fateri videtur, inquam: *in aeternis.* Pluralis hic ceterum numerus est: qui Solis ascribi non potest speciebus: quippe quae vel nihil sint: vel quiddam sunt posterius individuis: hoc est, quae non sint, non possitis individuis.

An aeternorum sint multa species.

Individuorum successio species facit aeternas.

In aeternis multa sunt individua, vel species absque individuis. Individuum est necessarium ubi species est.

*Æterna
materiam
etiam ha-
bent.*

*Omne sensi-
le, materia-
rum est.*

*1. Cæl. 9.
92.*

*Si multi es-
sent mundi:
unus sub al-
tero non es-
set.*

*Motores in-
corporei per
accidens pos-
sunt esse
multi.*

3. *Multitudo individuorum non est abs-
que materia.* Vide ut sibi constet P I C C O-
L O M I N E U S. In æternis non est indivi-
duorum multitudo: quia materiam non
habent. Imo habent: cum cœli materia-
ti etiam sint æterni. At nulla cœlorum est
materia. Tàm verum hoc est, quàm si te
dicam vel stipitem esse, vel ranam. Quis sit
enim corpus, quod omni vacat materia? τὸ
ᾧ αἰσθητὸν ἄπαν, ἐν τῇ ὕλῃ ὑπάρχει. Omne
namq; sensibile in materia erat.

4. *Ex his deducitur ratio.* Si plures es-
sent cœli: plures etiam essent primi mo-
tores. Quid autem, si multorum mun-
dorum, ut multarum spherarum motores,
sub uno sint omnes primo motore? Fieri
hoc non potest: quia si multi essent mun-
di: quilibet per se esset, ut hic per se est:
qui non est alteri subjectus. Quid tum ve-
ro, si plures sint primi motores? *Quod sine
materia non contingit.* Licet per se non pos-
sint esse multi: per accidens tamē possunt
esse multi: hoc est propter mundos mate-
riatos. Ita enim multarum hujus mundi
spherarum motores dicuntur esse mul-
ti: quibus per se tamen ma-
teria non competit.

C A P. VIII.
O B J E C T I O.

AT objiciet forte aliquis ex mūdorum multitudi-
tine, nō necessariò colligi prima prin-
cipia esse plura, & materiata: quia non pen-
dent ex mundo, & unum poterit esse commu-
ne principium multorum, non secus ac Aver-
rhoes perperam est imaginatus universa hu-
mana esse unicam assistere mentem.

Solvitur instantia hæc, quia alia est ratio
de humana mente ex opinione Averrhois, &
de Deo, & ratio varietatis est multiplex. Una
quia ex Deo per quamdam naturæ necessitu-
tem ex sententia Aristotelis pendet mundus,
& conservatur, non autem ex humana men-
te omnia ea pendunt, quæ in homine reperiun-
tur. Secunda est, quia mundus est æternus,
& est opus totum & completum primo prin-
cipio respondens, non talis est homo ad men-
tem relatus. Tertia est, quia singulis homi-
nibus propria anima respondet, quæ ita se ha-
bet ad singulos homines, ut Deus ad mundum.
His accedit, quod ea sententia de unitate hu-
manæ mentis, inane cōmentum judicari debet.

Υ Π Ο Μ Ν Η Μ Α Τ Α.

Perperam in hac objectione adjectum
est perperam. Ita enim simul & obje-

*Averrhoes
unam mul-
torum ho-
minum cen-
suit esse mē-
tem.*

*Discrimen
inter Deum
& mentem
humanam.*

*Ut unius ho-
minis una
est anima:
sic unius
mundi un⁹
est Deus.*

*Disputandi
regula.*

*Deum esse
factum: non
agens volun-
tarium di-
ctum est im-
pium.*

*Si fecit De-
us mundum
necessario:
fecit ab æter-
no.*

*Si Deus ne-
cessario a-
git cum sit
infinitus:
infinitos fa-
cit mundos.
Necessitas
multitudi-
nis arguit.*

PICCOLOMINEO crediderim hanc Aristotelis fuisse sententiam: quippe qui Deo nullam omnino tribuerit potentiam: quæ si non sit: vel nihil agitur: vel agitur necessarium. Sed hoc tamen & absurdum, & impium esse dogma, nemo est qui vel nesciat, vel dubitet: nisi qui Sathanam sequi malit mendacem: quam sacris literis: aut rectæ rationi fidem habere. 3. *Quid tum vero: si Deus agat, quicquid agit necessario?* Num propterea non nisi unum produxit mundum? Id agere non potest: neque non agere, quod agit Deus necessario. Semper id ergo agit. Proinde si mundum creavit Deus necessario: ab æterno creavit: & nunc etiamnum creat: & in æternum etiam creabit. Cum itaque semper in unius mundi creatione occupetur: non creat, neque creabit uno plures. Rectè hoc quidem: Quid tum vero: si plures ipsum mundos asseram procreare posse, propterea quod sit infinitus? Ut quod finitum est, efficiatur: vis sat est finita. Quidni ergo Deus pro uno, mundos naturali substantiæ suæ necessitate producat infinitos? Hæc Dei necessitas multitudinem arguit potius quam tollat: sed creationis ostendit perpetuitatem: sive unum, sive plures percentur mundi. 4. *Quod confirmatur.* Empedocles non tot poluit

crea-

creationis mūdorum principia: quot pro-
creari iudicavit per vices infinito tempo-
re. Duo namq; duntaxat posuit: Litem
nimirum & amicitiam: quorum hoc qui-
dem mundos omnes procreare censuit:
illud vero eosdem corrumpere. Demo-
critus vero atomos infinitas, non pro effi-
ciente principio: sed pro materiali causa
posuit.

*Duo mundi
principia:
Lis et am-
icitia.*

C A P. V.

V. Argumentum.

ID ipsum etiam ostenditur rationibus. Et
quia (ut patuit) forma mūdi est multiplex:
quancunq; consideremus, semper apparebit
mundum debere iudicari unum. Nam si
pro forma formam intelligimus abjunctam,
nempe Deum, ex ea conspicuè colligimus, mū-
dum esse unum. Nam si Deus est unus: u-
nus est ordo intelligentiarum. Ergo mun-
dus cælestis eis respondens est unus. Si cæle-
stis: Ergo elementaris.

*Deus abjū-
cta est mun-
di forma.
Intelligen-
tiarum or-
do est unus.*

Υ Π Ο Μ Ν Η Μ Α Τ Α.

ALiter hæc extrui poterat demōstra-
tio. Cujuscunq; forma est una: id
ipsum etiam unum est. Unius enim rei

*Vnius rei
non nisi for-
ma est una.*

*Deus cum
sit infinitus:
p̄ se plures
p̄test infor-
mare in-
finitos.*

*Intelligen-
tiarum uno
plures sunt
ordines.*

*1. Cael. 9.
100.*

forma est una: multæque multarum. At mundi non nisi una forma est: nempe Deus. Non ergo mundi sunt uno plures. 1. Falsum est Deum esse mundi formam: quæ de re in 1. lib. est actum. 2. Hoc etiam posito, non liquet propterea non nisi unum esse mundum. Una potest etenim forma esse multorum: ut anima plurimarum animati corporis partium forma est una. Deo cum substantia sit infinita: quidni etiam infinitos informet mundos? 3. Si Deus est unus: intelligentiarum cælos moventium unus duntaxat est ordo. Quamobrem? An non unus Deus multis intelligentiarum ordinibus potest sufficere? Quid etiam si plures intelligentiarum sint ordines? In hoc mundo unus est earum intelligentiarum ordo: quæ cælestes huius mundi sphaeras movent. Quonam igitur illæ referentur: quæ sunt extra hunc mundum?

C A P. VI.

VI. Argumentum.

Insuper inquit Aristoteles 12. Meta. 49. Illud vero perspicuum est cælum esse unum. Nam si plures essent, ut homines, uniuscujusque principium specie unum erit, & numero multiplex: at quæ numero multa sunt, ma-

teriam

etiam habent. prima autem essentia, cum sit prima entelechia, & purus actus, materiam non habet. primum igitur illud movens, quod immobile manet, cum ratione, tum numero unum est, & ob id illud, quod semper & continenter movetur, unum erit, &c.

Primum movens cum materia uacet: unicum est.

Υ Π Ο Μ Ν Η Μ Α Τ Α.

Unum erit, &c. Si unum, & cetera sit: non unum erit. Locos omittamus. Ubi confusa sunt omnia: distinctione non est opus. Jocos omittamus. Aristoteles est strenuus disputator. Ein strenger

Aristoteles graviter disputat absque jocos.

Herz ist er. Non fert jocos: non ridet. Quae igitur ratione docet unum esse mundum? ὅτι ἡ εἰς ἕρανός, φανερόν. εἰ γὰρ πλείους οἱ ἕρανοὶ ὡσπερ οἱ ἀνθρώποι, ἔτι εἶδει μία ἢ πλεῖς ἕκαστον ἀρχή, ἀριθμῶ ἢ γε πῆλα. ἀλλ' ὅσα ἀριθμῶ πῆλα, ὕλην ἔχει. εἰς γὰρ λόγος, καὶ ὁ αὐτὸς πῆλων, οἷον ἀνθρώπων, Σωκράτης ἢ εἰς. τὸ ἢ τί ἦν εἶναι, ἐκ ἔχει ὕλην τὸ πρῶτον. ἐντελέχεια γὰρ ἐν μὲν ἀρα καὶ λόγῳ, καὶ ἀριθμῶ: τὸ πρῶτον κινεῖν ἀκίνητον ὄν. καὶ τὸ κινεῖ μείνον ἀρα αἰεὶ καὶ συνεχῶς ἐν μένῳ. εἰς ἀρα ἕρανός μόνος.

12. Metaph. 8. 49.

Age vero jam hæc paulò diligentius expendemus. 1. Unum est primum movens. Probetur. 2. Materiam

habent, quæcumq; numero multa sunt. Negatur. 3. Omnium hominum una ratio, una est definitio. 4. Socrates est unus: homines multi sunt. 4. Si multi essent cæli: multa essent principia. 6. Ratio ipsum esse rei explicās, materiā vacat. 7. Quia est ἐντελέχεια. 8. Primum ergo movens & numero, & ratione unum est. 9. Proinde etiam id quod ab eo movetur, est assidue unum solum. 10. Unicum ergo cælum est.

*An sit unū
quicquid
materiæ va-
cat.*

*Vnius ma-
teriæ multa,
& varia*

sunt forma.

*Hominum
definitio u-
na est, quia
materiæ va-
cat.*

*In hominū
definitio una*

1. Hic primam quærimus: an propterea primum movens sit unicum, non plura: quod materiam non habeat. Magnum hoc est postulatum. Nam materia cum per se sit una: formæ tamen multæ sunt, & variæ.

2. Quod materiæ, multitudinis ascribenda sit causa, probatur hac ratione: Licet homines multi sint: una tamen omnium est definitio. Nempe quia hæc est ἐντελέχεια, & materiā vacat: Illi vero materiati sunt. 3. Omnium hominum una est definitio: quæ non minus materiata est, quàm ipsi homines, qui multi sunt. 4. Si anima rationalis, quæ hominum forma est, nihil habet materiæ. 5. Animæ rationales totæ au-

mero sunt, quot animæ. 6. Omnes tamen sunt unum quiddam specie. 7. Et omnia hominum corpora unum etiam sunt specie. 8. Materia nec numero, nec specie multiplex est: Sed à formis & multitudinem, & varietatem acquirit. 9. Si multi sunt homines ob materiam: quidni etiam multi sint mundi, eadem ob causam: cum etiam materiati sint. 10. Si sola materiata multa sunt: quare multæ sunt mentes motrices?

CAP. VII.

ARISTOTELICÆ RATIONIS CONFIRMATIO
PICCOLO
miniana.

HÆc Aristotelis ratio, ejusque vis ex hisce principis deducitur. 1. Omnis intelligentia alicui orbi respondet: & orbi primo respondet intelligentia prima, quæ Deus est. 2. Insuper in æternis sub specie non reperitur multitudo individuorum, cum ea parata sit, ut quæ numero non sunt æterna, seruentur æterna successione. 3. Tertium principium est, enunciendo individuorum sub spe-

materiam esse necesse est.

Materia omnis à formis est varietas.

Si multi sunt homines ob materiam: multi etiam sunt mundi.

Omnis intelligentia, orbi respondet, querenti quid faciat.

Individa multa non sunt in æternis.

Individuo-
rum multi-
tudo nō est
absq; mate-
ria.

Mundi non
sunt subor-
dinati: ergo
neq; motores

Nihilorbi-
cum intelli-
gentia com-
mune est.

Cœlestia cor-
pora cū per
se, & ex se-
ipsis move-
antur: ex-
ternis non
egent moto-
ribus.

Infima in-
telligentia
non min⁹ est
Deus, quā
suprema.

cie, non est sine materia, ut elicitur ex quinto
Metaph. 12. & ex 1. Cœl. 92.

Ex his deducitur ratio: quia si mundi es-
sent plures, primi cœli, & primi motores essent
plures, & quia mundi non sunt subordinati,
sed ut individua sub eadem specie, etiam pri-
mi motores essent tales, quod sine materia non
contingit.

Υ Π Ο Μ Ν Η Μ Α Τ Α.

HÆc magni dogmatis egregia est con-
firmatio. 1. Quid intelligentiæ &
orbi commune est? Orbis corpus est: in-
telligentia est incorporea. Orbis est mobilis:
immobilis est intelligentia. Quomodo
quod non movetur omnino, movere pos-
sit localiter? Si per se moventur proprio,
& naturali suo motu: quid externis, & in-
corporeis opus est moventibus? Si multi
sunt orbis, & intelligentiæ multæ: Dii et-
iam sunt multi. Nam quæ orbium inter se:
intelligentiarum etiam eadem & ratio, &
differentia est. Infimus orbis non minus
est orbis, quā supremus. Et infima intel-
ligentia non minus est Deus, quā suprema.
Qui fidem nobis non habet: contra-
rium ostendat.

2. In æternis sub specie non invenitur mul-
tudo individuum. Mira hæc phrasis
est.

est. Homines isti de industria obscuritatem affectant. Miror quid hoc pacto querant: *In aeternis non inveniuntur multa minus species individua.* Queritur: an multæ in his inveniuntur species. Non inveniuntur multi soles: multæ lunæ: At stellæ multæ, & sphæræ multæ inveniuntur. Num igitur hæc omnes specie differunt? Sed P I C C O L O M I N E I rationem audiamus. *Cum ea parata sit.* Quænam ea? *Multitudo individuorum.* *Hac parata est ut serventur æterna successione, quæ numero non sunt æterna.* Quid hoc? Individuorum successio specierum parit æternitatem. Quid hoc ad rem? Aliud est individuorum multitudo: aliud item individuorum pereuntium perpetua generatio. Æterna individua nõ egent assidua generatione. Manendũ est in terminis. De corruptibilibus individuis quæstio mota non est: sed quæsitum fuit: *an æternorũ multa sint individua.* Nos multa esse dicim⁹: quod ipse etiam P I C C O L. tacitè fateri videtur, inquiens: *in æternis.* Pluralis hic ceterè numerus est: qui Solis ascribi non potest speciebus: quippe quæ vel nihil sint: vel quiddam sint posterius individuis: hoc est, quæ non sint, non possitis individuis.

An æternorũ sint multa species.

Individuorum successio species facit æternas.

In æternis multa sunt individua, vel species absque individuis. Individuum est necessarium ubi species est.

CAP. VIII.
OBJECTIO.

AT obijciat fortè aliquis ex mūdorum multitudi-
tine, nō necessariò colligi prima prin-
cipia esse plura, & materiata: quia non pen-
dent ex mundo, & unum poterit esse commu-
ne principium multorum, non secus ac Aver-
rhoes perperam est imaginatus universa hu-
mane speciei unicam assistere mentem.

Solvitur instantia hac, quia alia est ratio
de humana mente ex opinione Averrhois, &
de Deo, & ratio varietatis est multiplex. Vna
quia ex Deo per quamdam naturā necessita-
tem ex sententia Aristotelis pendet mundus,
& conservatur, non autem ex humana men-
te omnia ea pendent, qua in homine reperiun-
tur. Secunda est, quia mundus est aternus,
& est opus totum & completum primo prin-
cipio respondens, non talis est homo ad men-
tem relatus. Tertia est, quia singulis homi-
nibus propria anima respondet, qua ita se ha-
bet ad singulos homines, ut Deus ad mundum.
His accedit, quod ea sententia de unitate hu-
manamentis, inanè cōmentum judicari debet.

T P O M N H M A T A.

Perperam in hac objectione adjectum
est perperam. Ita enim simul & obje-

*Averrhoes
unam mul-
torum ho-
minum cen-
suit esse mē-
tem.*

*Discrimen
inter Deum
& mentem
humanam.*

*Vt unius ho-
minis una
est anima:
sic unius
mundi un⁹
est Deus.*

*Disputanda
regula.*

ctio proponitur: & ad eam respondetur. Si perperam imaginatus est Aver: h. omni-um hominum unicam esse mentem; cuius huius hominis inane commentum pro ratione affertur?

Solvitur hęc instantia. Triplex hęc video discrimen inter Deum & mentem hominis. 1. *Ex Deo pendet mundus naturali quadam necessitate.* Falsum hoc est. Hoc ergo discrimen etiam nullum est. Præterea falsum id quoque est quod assertitur: *Omnia videlicet à Deo pendere, quæ in mundo sunt.* Deus enim nihil, nisi supremam cælum movet. *Non autem omnia ex humana mente pendunt, quæ in homine reperiuntur.* Ego vero iudicaverim totum hominem ab humana mente magis pendere: quam mundum ex Deo. Mens enim humana, substantiam constituit hominis: cum Deus nihil mundi sit. Addere hoc etiam liceat: *nihil in mundo agere Deum: nisi forte interdum certis de causis facere velit, quod naturam posse voluit.*

2. *Mundus est æternus.* Et hoc etiam falsum est. *Primo principio respondens.* Ego hanc responsionem non intelligo; nisi mundus perfectum dicatur esse opus perfecti opificis. Qui vero possit mundus homine opus esse perfectius; cum ex se quod su-

Mundus ex Deo non pendet naturali necessitate. A Deo solū pendet cælū supremum. Totus homo à mente sua magis pendet quam mundus à Deo. Nihil Deus totum agit, quæ natura potest agere.

Mundus non ita ut homo

um est, exequi non possit? Cælum non moveretur: nisi ab intelligentiis moveretur: quæ nihil de mundo sunt. Homines autem ex seipsis quicquid suum est faciunt.

Non talis est homo ad mentem relatus.

Imò est. Magis enim æternus est, quàm mundus: siquidem æternùm est victurus: hoc etiam in mundo penitus destructo. Magis etiam Deo similis est, quàm mundus.

Quid tum vero, si, quas attulit PICCOLOMINEUS differentias, admittantur?

Quid hæ ad rem? Si duplex hoc sit inter Deum, & humanam mentem discrimen: in eo tamè convenire possunt de quo agitur: nimirum ut una mens omnibus sufficiat hominibus: & unus etiam Deus similiter multis mundis & movendis, & conservandis essentia satis, & potentia satis habeat.

3. Quia singulis hominibus propria anima respondet. Ita rectè posterior objectionis pars diluitur: Si mens una est omnium hominum: quidni etiam incorpor unus idemque sit mundis uno pluribus? Antecedens negatur. Cautior hinc & prudentior est PICCOLOMINEUS, quàm fuerit CÆSALPINUS: qui non hominùm modo mentem unam asseruit: sed omnium etiam animalium unam esse animam. Deum enim

perfectè est: si seipsum movere nequeat.

Homo magis est æternus quam mundus.

Ut una mēs omnib⁹ sufficit hominibus: sic & multis mundis unus Deus.

Omnium a-

*animatorū
unam esse
animā: Ca-
salpinianū
dogma est.*

*Omnes ani-
ma, quādā
sunt Dei
particula.*

ab universo mundo, & omnibus animalibus participari asseveravit: ut nihil aëris, nihil ignis substantia: nihil nasturtii, Leonis, & hominis animæ sint aliud, quam participatæ quædam primæ substantiæ (quam Deum esse putat) particulæ. Atq; hoc ipsum propterea non veritus est asserere: quod cum Aristotele iudicaret: *solis rebus materiatis competere multitudinem.* Hic nostri Peripatetici diligenter expendant: qualis hic unus sit inter alios prægnantis materiæ fœtus: ut nostris in Alpibus abunde ostendimus: & satis quidem acriter: neq; ullum tamen fregimus dentem.

C A P. IX.

COMPLEMENTUM

Argumenti quinti.

I*nsuper si nomine forma unā cum Platone intelligimus animam mundi, ea unica statuitur. Si intelligimus ordinem, ordo qui sit universus, ex uno principe pendens, in unum finem conspirans, unicus est. Quod etiam pendet ex naturali corporum propensione.*

Similiter elicimus mundum esse unum, considerando alias formarum ejus assumptiones, veluti pro cælesti corpore relato ad morta-

lem orbem, pro figura ejus spherica, nil extra se derelinquente, & p̄sertim id patet considerando formam sumptam pro essentia mundi. Nam cōditio mundi est, ut sit univēsum absolutē, & sit cūctorum ordinata series, adeo ut in ratione ejus unitas includatur.

T P O M N H M A T A.

Non aufertur, quod differtur. Hæc sunt argumenti quinti reliquæ. Triplex hîc mundi forma ponitur: anima: ordo: externa figura. Mundi anima est una: & mundi ordo unus est. Tribus verbis hæc duo argumenta diluuntur. Hujusce mundi: non omnium una est anima: unus est ordo. Quod de hoc uno dicitur: de singulis aliis dici potest.

Ad externam mundi figuram quod attinet: perfectissima quidem hæc est inter cæteras omnes: sed cum finita sit tamen: nō omnia complectitur. Terra etiam rotūda est: extra q̄ multa sunt corpora. Nihil igitur hæc formæ rotundæ perfectio ad rem facit. 2. Mundi cōditio est ut sit univēsum absolutē: & sit cūctorum ordinata series. Quomodo absolutē? Totū tale est, quod omnia cōpora contineat: nullo penitus excepto. Negatur. Hoc enim est de quo contendimus. Mundus est totum quid-

Spherica figura complectitur omnia.

Triplex mundi forma.

Quod de hoc mundo dicitur: de multis aliis dici potest.

Non quicquid sphericum est, omnia complectitur.

*Mundus su-
is non porci
constat par-
tibus: nec
alienis.*

dam, suis ex partibus omnibus: at non ex
alienis conflatum: ut totum dicimus ani-
mal, quod *πῆγμα* non est: quod mutila-
tum non est: cui pars nulla deest.

CAP. X.

VI. Argumentum.

Si plures essent mundi: vel essent inter se or-
dinatis, vel ne, si ordinati essent, ea illo-
rum universa subordinatio revera esset uni-
versum, & mundus. Si subordinati non
essent: tunc ab eo, quod eminenter est re-
rum ordo, inordinata prodirent. Nec mul-
titudo prima corporum judicari debet ordine
destituta: cum cetera omnia appareant sine
ordine praedita. Et praesertim quia ordine
destituta, praeter naturam, & providentiam
esse dicuntur. Insuper cum mundi non sint
sine intelligentiis, orbium motoribus, quia om-
nes intelligentia ex Deo pendentibus sunt ordi-
ne praedita, est necesse fateri collocata etiam
sub intelligentis ordinem includere.

ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ.

*Si plures sint
mundi: certo
sunt ordine
dispositi.*

Si plures sunt uno mundi: necesse est
omnes inter se certo esse ordine dispo-
sitos: quod aliquot argumentis nititur de-
mon-

monstrare PICCOLOMINEUS. 1. Si
 melius in iis esset ordo: consequeretur hujus
 illius auctorem esse Deum: quod à ratione
 tamen, & natura ejus est alienissimum. Est e-
 nim Deus eminenter rerū ordo. Et tu pium
 hoc esse putas enuntiatum? Mihi aliter
 videtur. Nihil enim aliud est ordo, quàm
 positus rerum: q̄ si de Deo dicatur: & ab-
 surdum, & impium est. Deus enim & re-
 rū ipsarum, & ordinis efficiens est causa:
 cum fecerit, & suis omnia locis disposuerit.
 Ordo certè posterius quiddā est reb. ipsis:
 quas ipse etiā Deus ut efficiens causa præ-
 cedit. Falsum est igitur *Deum esse rerum
 ordinem.* Quid hæc autem sibi vocula
 vult? *Evidenter.* Lapsus sum: & fortè me-
 lius dixi, quàm P I C C O L. Quid hæc (in-
 quam) sibi vocula vult: *Eminenter?* Hoc
 nempe denotat: *quicquid usquam est boni re-
 bus in cæteris certo modo, & mensurā: id in
 Deo esse bonū extreme: supra omnē mensurā:
 supra omnes gradus.* Hoc effatū magni mo-
 menti est: de quo aliàs agetur ex professo.
 Jam vero ad rem accomodetur. Ordo rerū
 in ipsis rebus mediocriter est bon⁹ & per-
 fectus: Sed in Deo est *eminenter optimus:
 pulcherrimus: perfectissimus.* Quasi vero
 extra res ipsas, rerū ordo sit: aut in Deo sit
 eminentior, quàm in ipsis rebus. Ut res,

*Deum esse
 rerum or-
 dinem: im-
 pie censet
 Piccolom.
 Deus nō est
 id quod fe-
 cit.
 Ordo rebus
 est posteri-
 or: quibus
 prior est
 Deus.*

*Deus quo-
 modo sit e-
 minenter
 id quod est.
 An aliquis
 in Deo sit
 ordo.*

*Mundos
Piccol. pri-
ma vocat
corpora.*

*In mundo
proximus est
ordo.*

*Intelligen-
tia, mundi
ordinem nō
faciunt.*

*Intelligen-
tia ordo cō-
petit propter
sphaerarum
ordinem.*

ordo non sunt: ita neq; Deus ordo est. Si quis tamen in Deo sit ordo: vel earum est rerū, quæ ipsam ejus complent substantiā: vel rerum aliarum exemplar quoddā, aut effigies est, ejus mente concepta. 2. *Prima corpora ordine vacare absurdum est:* cum aliās in ceteris omnibus ordo conspiciatur aliquis. Prima corpora mundos dicit P I C C O L O M. 3. *Quæ confusa sunt, Et absq; ordine: præter naturam sunt.* Sive naturaliter: sive fortuitò: sive certā Dei prudentiā, & potentiā factus sit mundus: sive semper fuerit infectus: dubium non est: quin omnes ejus partes pbe sint suo queq; loco dispositæ. Idem quoq; de ceteris omnibus mundis fuerit asserendum: si fortè plures sint. 4. *Cum mundi non sint sine intelligentiis, &c.* Inconsideratè hanc adjecit P I C C O L O M I N E U S rationem. Intelligentiis enim per se nō competit ordo: sed ex accidenti: hoc est eorum, quos movent, orbium respectu. Malè igitur multorum mundorum sphaeris, ordo propter intelligentias tribuitur: cum vice versa propter orbis, aut sphaeras ipsis intelligentiis ordo competat. Præterea si quis intelligentiarum est ordo: is non multorum mundorum inter se: sed sphaerarum est, in singulis mundis. Non enim mūdōs movent: sed sphaeras. Quid

Quid tum vero si plures mundi suo quodam sint ordine dispositi? Si mundorum omnium ordo sit unus: quo contineantur: unus etiam erit mundus. Nihil enim aliud mundus est, quam compages quadam ex omnibus probe locatis corporibus constituta. Speciosa hæc est ratio: quæ faciliè tamen & subito suam amittet speciem: si quis hoc observaverit. Non omnis ordo, quidpiam totum compositum facit & unum. Alia partium unius est totius: & alia totorum est dispositio. Partium hominis compositio, & conjunctio, unum facit hominem. At exercitus tamen dispositio unum non facit hominem. Si multi sint mundi: classem facient potius, aut exercitum, sua dispositione, quam mundum.

Quid vero pluribus mundis, ordine sit opus: cum quilibet, pro se, suisque partibus ordinem habeat? Quis quæso possit aliquem in plurimis, aut etiam infinitis mundis ordinem animo concipere: ubi neque mundorum: neque locorum ulla est differentia? PICCOLOMINEI certè inania sunt cogitata. Nimia hæc est ingeniorum Italicorum fertilitas. Sed magna hæc rerum *sumptio*, bono indiget dispensatore.

Ingenio puerili, senile convenit iudicium.

Si multorum mundorum unus sit ordo: unus etiam est mundus.

Non omnis ordo quidpiam unum facit.

Multi mundi bene positi, mundum non faciunt unum.

Ad multos mundos, ordine non est opus: sed singuli ordinem exigunt.

Ingenium puerile, senile eget iudicio.

C A P. XI.

VIII. Argumentum.

Conditio mundi est, ut constet ex omni sensili corpore: includens autem sensile omne corpus, quia constat ex universa materia, non potest esse multiplex. Materia enim est causa sine qua non. Insuper de mundo loquendo, ea, quae proxime mundum complent, & constituunt, sunt species rerum, & cum mundus sit specierum ordo, & plenitudo, quae unica est, unicus esse potest. Præterea si plures dantur mundi: sed materia eorum sunt varia, vel unica. Si varia, etiam formae erunt varia: sunt enim ad aliquid: & ita aquir vocè erunt mundi. Insuper varia esse non possunt: quia si consideramus materiam primam, ea est unica. Si consideramus corpora simplicia, ea non possunt esse plura tribus, gravibus sc. levibus, & neutris: quae omnia ad tria sola loca subordinata sunt proclivis, & ob id unicum valent per naturam constituere mundum.

Roberte
vergieß D
pfeifen
nicht.

Omnia cor-
pora non nisi
unū possunt
facere mun-
dum.

Τ Π Ο Μ Ν Η Μ Α Τ Α.

1. Cor. 9.
98.

Φ Ανερον τοινυν εν τ ειρημενω απ ετε ειν
εξω, ετ εγχαρει γεροδω σωματις ογκον ε-
δενος, εζ απιουης ρδης οικειας υλης ο πης κασμος.

Ελα δὲ ἐν αὐτῷ τὸ φυσικὸν σῶμα, καὶ αἰσθητὸν.
 Ex dictis manifestum est, extra mundum nullius esse molem corporis: neq; etiam esse posse. Totus enim mundus ex omni propria est materia. Ei namq; pro materia est corp^o physicum, & sensibile.

Mundus hic quidem ex omni sua materia constitutum est quiddam. Sed dubitatur adhuc tamen: *an non extra hunc mundum alius, aliterve sint mundi, qui pariter ex omni sua materia sint compositi.*

Alia igitur opus est ratione: qua demonstratur: *Præter ea, quæ in hoc mundo sunt, nulla usquam esse alia corpora.* εἰ δὲ ἐστὶν ἐξω τῆς ἐξ ἀπλῆς ἀεὶ ποσῆς σῶμα φυσικόν, ἀνάγκη αὐτὸ ἢ τοῖς ἀπλῶν σωμάτων εἶναι, ἢ τῶν συνθετῶν καὶ ἢ τῆς φύσιν, ἢ ἀπλῶς φύσιν εἶχειν.

Si quod sit corpus extra cælum supremum: necesse est vel simplex esse, vel compositum. Et quidē aut secundum, aut præter naturam se habere.

Si nullum simplex corpus extra hunc mundum est: nullū etiam est compositum: Nō enim composita sunt absq; simplicib. Nullum autem simplex corpus extra cælū est. Nam neq; cælestia: neq; elementaria.

*Mund^o hic
 no ex omni,
 sed ex omni
 sua materia
 est constitu-
 tus.*

1. Cælor. 9.

97.

*Vbi simplex
 nullum est
 corpus: etiā
 nullum est
 compositū.*

Cœlestia cor
 pora, cum
 neque sur-
 sum, neque
 deorsum
 moveatur:
 Jus in locis
 manent.
 Si non a sint
 extra hunc
 mundum cor-
 pora: quis
 plures putet
 esse mundos?
 Si mundus
 præter hunc
 sit, nus cor-
 pora eius ju-
 is in locis e-
 runt.
 Cur aliorū
 mundorum
 corpora suis
 in locis esse
 nequeant.
 Alibi non
 sunt: quæ in
 hoc mundo
 sunt.

Cœlestia quidem non sunt: quod suis de
 locis dimoveri nequeant. Elementaria
 vero cum à cœlo circumquaq; comprehē-
 dantur, extra hanc suam elementarem re-
 gionem conscendere non possunt. *αὐτὸν δὲ οὐρανὸν ὅλον τὸν κόσμον.* Principii hæc est
 petitio. Si namq; præter hæc, quæ in hoc
 sunt mundo, corpora, certum est alia esse
 nulla: quid multis opus est? Ita certè om-
 nis sopietur contentio. *Si quæ sint extra
 hunc mundum corpora: aut secundū, aut præ-
 ter naturam isthic erunt.* Si præter naturam:
 non erunt in suis naturalibus locis: atq;
 aded mundum non constituent. Et hæc
 in quibus erunt loca, corporib. aliis erunt
 naturalia. Quod tamen fieri non potest:
 cum præter hujusce mundi corpora, nulla
 sunt alia. Neq; secundum naturā isthic esse
 possunt: cum propria & naturalia eorum
 loca sint in hoc mundo: in quibus solis, se-
 cundum naturam consistere possunt.

Ecquid? An ita completa hæc, & satis
 firma est ratio? Aliter sentio. 1. Cer-
 tum quidem est, ea quæ hic sunt corpora,
 cum hic sint, non esse alibi. Nulla igitur
 ad hoc probandum ratione fuit opus. 2.
 At non quod hæc corpora non sint extra
 cælum, sed quod esse nō possint, demon-
 strare voluit Aristoteles. Hoc posito est et-

iam quod desideremus. Terræ nostræ pars aliqua posset extra hunc mundum consistere præter naturam: quia tum esset extra locum suum naturalem. Hoc negat Aristoteles: propterea quod locus omnis in quo corpus aliquod præter naturam consistit, alii cuiquam corpori sit naturalis: cum corpus tamen sit nullum: cui locus extra mundum aliquis possit esse naturalis. Ratio hæc nulla est. Non enim necesse est omnem locum, qui corpori non est alicui proprius, alii esse proprium. Siquidem potest esse nulli proprius. Haud inficior tamen: quin verum hoc sit de locis, quæ sunt in hoc mundo. Nullus enim est, qui non alicui sit corpori propriè destinatus. 3. Non agitur hîc de corporibus hujusce mundi: sed de mundis aliis, eorumq; partibus: an sc. præter hunc mundum, alius non sit. Proinde si dicatur alium esse nullum: alia opus erit ratione.

Ἐπι τὸ τὸ μέσον τὸ ἐν τῷ γῆ, εἰ βιά ὁδοῦ ἡσπευῖ γῆ
ἐκείν. v. ἐν τῷ γῆν ὁδοῦ ἡσπευῖ ἐκείν χῆ. Φύσιν.

Si terra mundi alterius per vim ad hujusce mundi centrum moveatur: ab hoc centro secundum naturam movebitur. Quid tum postea? Ut Aristotelis complectatur demonstratio: pauca

Quid pro-
hibeat ali-
quã hujusce
mundi par-
tem extra
hunc mun-
dum esse?

Qui locus
un corpori
præter na-
turam est:
alii est na-
turalis.

Locus etiã
est qui nulli
corpori sit
proprius &
naturalis.

1. Cael. 8. 77.

Qua secun-
dum natu-
ram aliquò
moventur:
alio moven-
tur præter
naturam.

78.

quædam observanda sunt. 1. ἐν ἀνάγκῃ πάντες τῶς κόσμους, οὐκ αὐτῶν εἶναι σωματικῶν, ὁμοίως δ' οὐκ ἔστι φύσιν, οἰκῶν μὲν καὶ τῶ σωματικῶν ἐκφραζὲν ἀναγκασθόντες τ' αὐτῶν εἶναι δύναμιν, οἷον λέγει πῦρ καὶ γῆν, καὶ τὰ μετὰ τῶν τέτων. εἰ δ' ὁμοῦν μα τῶν, καὶ μὴ καὶ τ' αὐτῶν ἰδέαν λέγονται, τὰ ἐκεῖ τοῖς περὶ ἡμῶν, καὶ τὸ πᾶν ὁμοῦν μὲν αὖ λέγουσι τὸν κόσμον.

Multorum mundorum corpora, natura sunt ejusdem.

Æquivocè dicentur mundi: si nō ejusdem sint natura.

Præterea mundos omnes ex iisdem oportebit constare corporib. & ejusdem esse naturæ: ut corpus unumquodq; necesse sit eandem habere vim. Ignem dico, terram, & quæ in hisce sunt media. Nam si æquivocè sint hæc, neq; eadem specie describantur aliorum mundorum corpora, cum iis quæ hîc sunt corporibus: etiam mundi non verè, sed æquivocè dicentur.

Ratio hæc est inter omnes potissima: quæ nondum nobis tamen satisfaciit. 1. Si plures sint mundi: necesse est omnes ejusdem esse naturæ. Quamobrem? Quia mundi aliis discreverunt æquivocè. Summa hæc est rationis Aristotelicæ: quam multis verbis Aristot. exposuit. 2. Quid de nomine sumus solliciti? Nihil ejus interest: si etiam æquivocè dicantur.

Quid tum si æquivocè

dicantur

dicantur mundi. 3. Neq; propterea tamē
 æquivocè ita nuncupabuntur: si sint etiam
 ex corporib. diversæ naturæ cōpositi. Vox
 enim (mundus) nullā corporum naturam:
 sed meram compositionē, & ornatum de-
 signat. Si verò in definitione mūdi corpo-
 rū cœlestium, & elementarium mentionē
 facias: non jam mundū: sed hunc mun-
 dum ita de finiveris. 4. Quid ergo absur-
 di est: si dicā extra hunc mundū, duos esse
 mundos: quorum alter impiis, miserisq;
 futuris sit paratus: alter vero piis, & fœli-
 cibus? An non ita mundorum triplex erit
 finis? Homines in hoc mundo procreari
 oportet: In altero malos puniri vult Deus.
 In tertio benè esse, par est iis, qui Deum in
 hac vita coluerint. Quis vero judicaverit
 eorū eandem esse naturā, quæ sine perfici-
 antur diverso? 5. At non possunt alia es-
 se corpora, q̄ hac sint. Ita disputār, q̄ que-
 stiones non phÿsicas, sensuum fide phÿsica
 discutiant. Si de corporib. hujus mundi
 quærat: sensus sunt consulendi. Quis
 autem ea quæ sunt extra hunc mundū vel
 videre, vel audire possit? Ratione hīc a-
 gendū est: non sensilibus experimentis. At
 ratio hæc certa est: p̄pterea videlicet duos
 alios extra hunc positos mundos ex cor-
 poribus constare: quæ cum hīc naturam

*dicantur
 mundi: mo-
 dō sine?
 Mundus ut
 mundus sit
 certam cor-
 porum na-
 turam non
 exigit.*

*Triplex fi-
 nis, triplicē
 facit mun-
 dum.*

*Diversi fi-
 nes, diversas
 ostendunt
 naturas.*

*Quæstiones
 de mūdis a-
 liis neq; no-
 stris sensib⁹:
 neq; phÿsicè
 de iis pos-
 sunt.*

non habeant eandem: quippe qui non eodem fine perficiantur.

Quid tum vero: si mundi omnes eju-
dem sint naturæ?

79.

*Terra mun-
di alterius
nostrum ad
centrum mo-
vebitur: si
sit ejusdem
cum nostra
natura.*

*Si plures sint
mundi: plu-
ra etiã sunt
media.*

ὡς εἴπερ καὶ αἱ κινήσεις αἱ αὐταὶ, καὶ τὰ στοιχεῖα
ἀναγκασίον εἶναι πανταχοῦ τὰ αὐτὰ. Πέφυκεν ἄρα
Φέρεσθαι καὶ ἴπὶ τὸδε τὸ μέσον τὰ ἐν ἄλλῳ κόσμῳ
τῆς γῆς μόρια καὶ πρὸς τὸδε τὸ ἕξω τὸ ἐκεί-
νου πῦρ, ἀλλ' ἀδύνατον. τέτρα γὰρ συμβαίνοντος, ἀνάγκη
καὶ Φέρεσθαι, ἄνω μὲν ἢ γῆν ἐν τῷ οικείῳ κόσμῳ,
τὸ δ' ἄνω ἴπὶ τὸ μέσον. Siquidem ergo
motus iidem sunt, elementa etiam
ubiq; eadem esse necesse est. Terræ
igitur partes in altero mundo confi-
stentis, nostrum ad centrum movē-
buntur: & ad hujusce regionis ex-
tremum, ignis alteri mundi movē-
bitur: quod fieri non potest. Ita e-
nim terram alterius mundi sursum
moveri oporteret, ignemq; deorsum.

In hisce discutiendis hæc etiam observari
velim. 1. Si plures sint mundi: plura et-
iam sunt media & extrema plura. Proin-
de quod in hoc mundo fit: in aliis etiam
usuveniet. Terra nostra, nostrum ad cen-
trum movetur. Et terra mundi alterius,
ad ejus centrum movetur. At oportet si ter-

æ omnium mundorum ejusdem sunt natura, similiter ipsas moveri: ut ad unum idemque numero centrum moveantur. Εἰ τῶν ἐστὶ τῆς κινήσεως αὐτῶν καὶ φύσιν, ἀνάγκη τῶ ὁμοειδῶν, καὶ τῶ κατ' ἕνασιν πρὸς ἕνα ἀριθμῶ τὸ πέν ὑπάγειν τῶ κινήσειν. Credo equidem corpora unius naturæ similiter, & ad eundem numero locum moveri: si sint eodem in loco. Si terræ nostræ pars: & terræ alterius mundi pars aliqua simul in nostro mundo sint sub sphaera Lunæ: similiter ad unum numero centrum movebuntur. Quod certe non continget: si terra nostra sit in alio mundo: & alterius mundi terra nostro sit in mundo. 2. Non hinc ergo sola est mobilis spectanda natura: sed locorum etiam varietatis habenda est ratio. Si mundus omnino sit nullus: centrum etiam, & extremum erit nullum. Terræ igitur duorum mundorum similiter vel quiescent, vel movebuntur. Locorum nempe differentias mundi faciunt: quas etiam sequuntur, quæ in ipsis sunt corpora. Quod cum ita sit: falsum est id, quod assumit Aristoteles: terram videlicet mundi alterius oportere nostrum ad centrum moveri: cum ejusdem cum terrâ nostrâ sit natura. Locorum enim mundi alterius differentia motum hunc inhibent. 3. Si terræ nostræ, vel

82,

Ad mediū numero unū moveri necesse est gravia: quæ sint ejusdem natura.

Terra nostra si sit in alio mundo: non ad nostrum sed ad alterius centrum movebitur.

Quilibet mundus suas habet locorum differentias.

Si lapis quispiam extra hunc mundum esset: non magis nostrum ad centrū moveretur, quā aliū.

mundi cujuscumque alterius, pars aliqua extra hunc mundum consisteret: putāne futurum, ut nostrum hæc ad centrum moveatur? Ego certè non existimaverim. Nam extra mundum, nullæ sunt locorum differentia: sive sit hic: sive sit alius quispiam. Sursum moveri non potest, quod grave est. Neque moveri potest: nisi deorsum moveatur.

C A P. XII.

Scheckii argumentum I.

Omnia mundorum corpora gravia unū ad centrū moveri poterunt: Ergo unū ad centrum mota sunt.

Eadem corpora eundē in locū moverentur: si sint in eisdē locis.

IN aeternis idem sunt esse, & posse. Omnes autem omnium mundorum terra similiter ad unum idemque numero centrum, ab aeterno moveri poterunt. Omnes igitur ab aeterno ad unum, idemque numero centrum mota sunt: atque ita ex omnibus terra est una facta.

R E S P O N S I O.

MAJOR propositio licet sit Aristotelis: falsa tamen est: nisi rectè limitetur: ut alias ostendimus. Minor etiam falsa est. et si Aristotelis est. At certum est tamen ea similiter moveri, quæ naturæ sunt ejusdem. Limitandum hoc quoque facit: nempe si fiat in iisdem locis. Diversorum autem

tem

tem mundorum terræ non sunt iisdem locis. Licet ergo per se potentiam habeant eandem: quâ similiter etiam moveantur: ob diversum tamen positum, nō possunt eundem in locum moveri. Si vero mundorum omnium, unum idemque numero sit centrum: omnium etiam terrarum idem ad hoc ipsum motus erit.

ὡς ἀνάγκη ἢ κινεῖν πάντα τοὺς ἐπιπέδους, ἢ τὸ μέσον ἐν εἶναι καὶ τὸ ἔξωθεν. τάτις ἢ ἄντος, ἀνάγκη ἢ ἔξωθεν εἶναι μόνον εἶναι, καὶ μὴ ἀλλήως.

Aut ergo necesse est hæc tolli hypotheses: aut unum esse centrum, & extremum. Quo posito etiam necesse est cœlum esse unū, non plures.

Aliter sentio. Licet enim omnes terræ naturam habeant eandem: non ideo tamen necesse est non nisi unum esse centrum. Res mira est: si unum oportet numero esse hominem: propterea quod omnium hominum una eademque sit species, & natura.

85.

Unum medium, unum facit mundum.

Unicus est homo: quia omnium natura est una.

C A P. XIII.

Alterum Scheckii argumentum.

Numerus substantiis non ob formam, sed ob materiam competit. *Eternitas autē*

ratione motus perpetui formam sequitur: cui cum numerus, & multitudo non competat: nō videtur etiam plures, & motus aternos, & mundos esse, prater unum.

RESPONSIO.

Vnus est homo: quia forma humana materiam non habet.

Si nō sint ob formam plures mundi:

plures sint ob materiam.

Tot aterni sunt motus quot corpora.

Si forma nō facit multitudinē: capax tamen multitudinis est.

Motus aternitatem nō facit: sed tempus physicum.

QUis san mir ein grober Paralogismus seyn. Quid hīc desideremus, ex hisce patebit. 1. Eodeni argumento demonstrari posset, nonnisi unum esse hominem: cum homo sit homo, propter formam: cui multitudo non competit. 2. Si non ratione formæ, vel inotus: tamen ob materiam plures possunt esse mundi: cum necessariō sint materiati. 3. Falsum est unicum esse motum aeternum. Tot enim aeterni sunt motus: quot elementa: quot corpora composita: quod cæli: quot astra sunt. 4. Forma si multitudinem non faciat: multitudinis tamen est capax: cum rerum multarum, multæ etiam sint forma. Si multitudinem forma non facit: tamen non inhibet. 5. Si formæ non essent: materia esset unica & indifferens. Non ergo materię: sed formæ, ratio est tribuenda multitudinis. 6. Falsum etiam est, aeternitatem esse ratione motus. Nam aeterna sunt immobilia: & nihil ab aeterno moveri potuit. Motus non aeternitatem,

tatem,

ratem, sed tempus facit physicum: quod & principio, & fine terminatū est. 7. Neque materiam minus, quàm formam sequitur motus: qui solis competit rebus materiatis. In tales incurrunt difficultates: qui placitis pertinaciter adherent Aristotelicis. Sed errare præstat, quàm cum Aristotele non sentire. Quis possimus enim esse philosophi: nisi placita ejus sequamur?

Ad PICCOLOMINEUM revertamur. Ejus argumentum octavum ex multis est conflatum: quorum aliqua sunt Aristotelis: ut ex iis apparet, quæ jam explicuimus.

1. *Mundi conditio est, ut constet ex omni corpore sensili.* Aristotelis hoc est: quod jam discussimus. At quæ adjicit PICCOLOMINEUS ad rem non faciunt. *Includens autem omne sensile corpus, quia constat ex universa materia, non potest esse multiplex. Materia enim est causa sine qua non.*

1. Multiplex, multitudinem pariter, & varietatem significat. Malè igitur hîc usus est hac voce PICCOLOMINI, ubi non de varietate, sed de sola mundorum agitur multitudine. 2. *Mundus hic omne complectitur sensile corpus. Ergo materiam continet universam.* Consecutio nulla est. Licet enim sensile corpus sit nullum, quod

*Pertinacea
Aristotelis
assecta mul-
tis in tricis
herent: ut
musca in li-
quida picca.*

*Multiplex
multitudi-
nem simul
& varietate
tem desig-
nat.*

Non omnis materia sensibilis est: cum per accidens sit sensibilis.

Materia conditio est ut sit infinita.

Ne quâ igitur eius pars frustra sit infinita sunt mundi: vel unus magnitudine est infinitus.

Mundus ordo est specierum plenus

materiam non habeat. Non ideo tamen nulla est materia, quâ non sit sensibilis. Mundi conditio est, ut sit materiatus, & ob formam finitus. Materiam vero conditio est, ut sit infinita: cum per se nullam habeat formam. Non ergo necesse est, in corpora sensilia: quæ & numero, & magnitudine finita sunt, omnem absumptam esse materiam. 3. Unde hæc mundi unius est conditio: *Ut omne complectatur sensibile corpus?* Mundus non quâ mundus: sed quâ perfectus est mundus, omnia complectitur corpora sensilia. Limitatè. Sicut perfectum cuiuslibet hominis corpus est, quod omnibus constat ossibus, carnibus, membranis. Omnibus: adde suis.

2. *Et cum mundus sit specierum ordo, & plenitudo, quâ unica est: unicus esse potest.* Non quiritur an unicus esse possit: sed, an sit unicus. Quid hinc dicitur plenitudo? Mundus est ordo plenus speciebus. Aliter: Mundus est omnium specierum perfectus ordo. Ad eundem perpetuò lapidem impingit PICCOLOMINEUS. Mundus hic ex tot & tantis conflatus est corporibus, & speciebus: quot, & quantæ ad ejus perfectionem possunt esse satis. Mundus hic est perfectus: sive solus sit: sive sint etiam alii complures.

• *Munda*

3. *Multorum mundorum non possunt esse varia materia. Non ergo sunt multi mundi.* Antecedens probatur. Quia materia prima est unica. Simplicia vero corpora: ex quibus est mundus: non sunt plura tribus. Equidem in hoc mundo non sunt plura simplicia corpora. Dubium tamen est: an non in aliis mundis alia plura esse possint. De materia prima quod dicitur, nihil ad rem facit. *Tria duntaxat sunt corpora simplicia.* Quid si quinque sint? Numero an specie? Numero. Negatur. Imò ne specie quidem, sed genere triplicia sunt. Quid obsecro igitur: quominus vel specie plura sint, vel numero? PICCOLOMINEUM ridere non audeo: quod talia proferat. Aristotelis enim sunt.

Δήλον ὅτι καὶ ἄνωθεν γένοιτο σκοπευμένοις, ὅτι ἀνώγει εἶναι ἓνα τὸ ἔρανον. τριῶν γὰρ ὄντων σωματικῶν στοιχείων, τρεῖς εἰσονται καὶ οἱ τόποι τῶν στοιχείων.

Corporeorum elementorum loca non nisi tria sunt: unde manifestum est intelligentibus, non nisi unum esse mundum.

Si nulli sint mundi: non tamen plura tribus loca erunt in singulis: quod nobis aliis credentibus facile persuadetur.

M 4

Multorum mundorum materia non potest esse varia.

90

Simplicium corporum tria sunt loca.

CAP. XIV.

IX. Argumentum.

Deus mundi
finis est.

Quinto uti licet rationibus ex fine sum-
ptis. Nam si per finem intelligimus fi-
nem constitutionis, ille est ordo, qui unicuique
apparuit. Si intelligimus finem rei constitu-
te, qui est Deus, vel Deo frui, Deoq; habere,
Deus est unus, & per unum mundum species
rerum omnes Deo pro earum capacitate fru-
untur.

Mundus
cum sit ater-
nus, per se, non
mundorum
multitudi-
ne conserva-
tur.

Si deum finem consideramus, cuius gra-
tia parata est multitudo individuorum sub
specie, ea profecto parata est tamquam me-
della interitus, ut ea qua numero aeterna esse ne-
queunt, seruentur aeterna successione multo-
rum individuorum, ut dicitur in secundo de
anima. Et mundus numero est aeternus, ideo
superuacanea esset eius multitudo.

Τ Π Ο Μ Ν Η Μ Α Τ Α.

Non ordo
mundi sed

Disputantem audiamus PICCOLO-
MINEUM. Ego totus obstupesco.
Vel tanta istius hominis est subtilitas: vel
tantæ sunt nugæ. 1. Nam si per finem in-
telligimus finem constitutionis. Quid hoc
ad rem quando hic de mundi fine agitur?
Quid per constitutionem intelligit PIC-
COLO-

COLO-

COLOMINEUS? Mundi creationem. Quis hujus est finis? *Ille ordo qui unicus apparuit.* Non ordo: sed mundus ipse, creationis est finis. Quis enim credat creationem, nil nisi dispositionem eorum esse corporum, ex quibus conflatus est mundus? 2. *Si intelligimus finem rei constituta.* Quæritur quis mundi sit finis: quem dicit rem constitutam. *Deus est: Deo frui: Deo habere.* Nihil ineptius dici potuit. Hujus mundi finem esse Deum. Quid audio? Quibus de causis? Quibus argumentis? Quid mundus hic Deo confert? *Domicilium ejus est.* Millies majorem esse oporteat. Quid dico millies? Quasi vero finitum domicilium Deo convenire possit infinito. Qui etiam corporeo Deus indigeat domicilio: cum sit incorporeus? Fortè propterea mundi finis est Deus: quia non haberet aliàs Deus, circa quod occuparetur. Stulta sunt hæc, & impia cogitata. Deus enim naturam propterea condidit: ut quod ipse per se facere noluit, & immediatè: per naturam efficeret. Tantum ei mundus hic affert voluptatis, aut fœlicitatis. Non ergo Deus mundi finis est: *sed Deo frui. Deo frui.* Quid hoc? An Deo fruitur mundus? Audi PICCOLOMINIUM. *Omnes rerum species per unum mun-*

*mundus ipse
constitutionis
mundi
est finis.*

*Si mundus
hic Dei do-
micilium ef-
set: millies
majorem ef-
se oporteret.*

*Mundus hic
est ut habe-
at Deum quod
agat.*

*Quomodo
mundus Deo
fruitur.*

*Barbaries
convenit er-
roribus: ut
tenebra fur-
tia.*

*Mons Mo-
ritzianus.
Deo magis
fruitur: quā
parvus ho-
mincio:
quia capaci-
or est.*

dum, pro earum capacitate Deo fruuntur. Monstrosa hæc est oratio: *Species pro earum.* Cur non pro sua? Quid grammaticas? Phisicam nos docet P I C C O L O M, non grammaticam. Magni profectò interest, ut purè, & perspicuè loquantur: qui docere alios volunt. Barbaros intuere scriptores qui aspera, horrida, inconcinna, & obscura sua oratione multos, & monstrosos tegunt, & fovèt errores. Quis furem videat in tenebris? *Species rerum omnium fruuntur Deo.* Modum, & rationè hujusce non intelligo fruitionis. *Pro earum capacitate.* Ventriculus pro sua capacitate vino fruitur: & præcipuè gula, pro sua longitudine. Major enim ventriculus, vini plus capit: quod per longum collum tardiùs delabitur. Sic etiā mons Moritzianus Deo magis fruitur, quàm nescio quis parvus homuncio. Nempe sua pro capacitate. *Per unum mundum.* Cur non per quatuordecim cum dimidio? Quia Deus est unus: nō quatuordecim cum dimidio. Nihil dicis. Tantus n. est De⁹: quæ mundorū millia decem facillè frui possint.

3. *Si demum finem consideramus cujus gratiā parata est multitudo individuorum sub specie.* Ut placet ista tibi verborum congeries? Quis quæso mundi finis est, cuius

cujus gratiâ mundus est conditus? Nihil hunc curat PICCOLOMINEUS: sed finem illum assumit: *cujus gratiâ* parata est multitudo individuorum sub specie. Quænam hæc sunt Individua? Quænam hæc est species? Mundus à Deo conditus est, eertę hominum multitudinis gratiâ: quos ex duobus primis à se creatis hominibus, naturaliter procreari voluit: Hic verè mundi finis est: quem neglexit PICCOLOMINEUS: ei que nescio quem alium substituit. Hanc tamen ejus esse puto sententiam: *propterea videlicet hunc mundum semper fuisse, & semper mansurum esse: ut omnium rerum species perpetua individuorum successione semper maneât.* Quod eertè & fallum, & absurdū, & impossibile est. Nam species ab æterno procreari non potuisse firmissimis in nostro de rerum æternitate commentario demonstravimus argumentis: neq; etiam hanc individuorum successionem in æternum posse produci. Sed quæso in quem usum tot plantæ: tot animalia bruta: tot homines nascuntur? An ideo nascuntur ut nascantur? An sunt, ut sint? An semper nascuntur, & sunt: ut semper nascantur, & semper sint? Nihil nascendo: nihil existendo perficitur. Aliud sequi necesse est: quod ho-

Quis verè sit mundi finis.

Rerum species nō oportet esse æternas.

Nihil nascitur ut nascatur.

Nihil nascendo: nihil existendo perficitur.

*stendo per-
ficiatur.*

mines primo & per se: inde vero per & propter homines cætera omnia perficiat: de quo satis copiosè in nostro egimus cõmentario. Quid vero de hisce cogitent: qui sanioris philosophiæ omnino sunt imperiti?

*Arbores ho-
minum gra-
tia non esse
conditas.*

Tanquam medela interitus. Pulchra locutio. Ne rerum species unquam penitus intereant: individua semper procreari oportet. Hoc mihi videtur dicere P I C C O L O M I N E U S: quod alii ejusdè farinae homines dicunt: nostras videlicet arbores, non nostros in usus à Deo nobis esse conditas: sc. ut varii generis poma proferant: quibus magna cum voluptate, ad hujus vitæ sustentationem, vescamur: sed ut semen producant: quo suam in æternum usq; speciem propagent. Non enim nobis: sed sibiipsis putant esse factas. Ita homines isti valdè imprudenter singulis rerum speciebus postremum ascribunt finem: atq; si non minus, quàm homines, propriæ suæ sælicitatis gratiâ nascatur ipsæ, & perennent: quod dictu absurdum, & impium est.

4. *Et mundus numero est æternus: ideo supervacanea esset ejus multitudo.* Pluralem hic video numerum sese in singularem ingessisse. Non mundi, sed mundorum est mul-

multitudo. Mittamus Grammaticam. Ridelicet mihi carmen PICCOMINEUS in mentem revocat.

O luna luna quantum tu distas ab ego.

Ex improviso carmina fecit ego.

Miror an PICCOLOMINEUS animadvertent: quanta vis in hoc argumento lateat: quando tribus verbis id protulit: quod suo more poterat copiose describere. Sed hoc ipsi procul dubio excidit imprudenti.

ἀμυδρῶς μὲν τοι, καὶ ἔδ' ἐν σοφῶς, αἰδ' ὄιον ἐν πύς μάχαις οἱ ἀγύμναστοι ποῖσι. καὶ ᾧ ἐκείνοι πειθερόμενοι, τῶν πύσι πολλὰ κίς καλὰς πηλάς. *Er hats ohu gefehr getroffen.*

Hoc me iudice inter omnia potissimum, & firmissimum est argumentum. Meum est: *unum infinitum*. Quid vero pluribus sit opus infinitis: cum unum possit esse satis? Quare multi nascuntur homines: cum Deus tamen sit unicus? Hic infinitus est: illi vero finiti sunt. Quod magnitudini deest: id complet numerus. Cum itaque mundus hic ab æterno fuerit, & mansurus etiam sit in æternum: quid ei desit, quod à pluribus mundis compleri oporteat? Firmissimum hoc esse diximus argumentum: quod accipies tamen ex hypothesis: non absolutè. Mundum autem ab æterno fuisse: & in æternum esse man-

1. Met. 4.

Unum infinitum satis est.

Numerus id complet, quod magnitudini deest.

rum: Aristotelis postulatum est iniquissimum.

C A P. XV.

X. Argumentum.

Mundus hominum, Deorumque, est domiciliu. Qui multos faciunt mundos, omnes destruant.

Corpus incorporeis: statie imago esse nequit.

Sextò id ipsè elicitur ex variis mundi conditionibus. Nam conditio mundi est, ut sit sensibilis imago Dei, ut sit universum, et sit omne, totum, perfectum, ut sit còmunis sedis hominum, Deorumque: quorum nullum servari possit: si mundi essent plures, ut consideranti redditur notum, adeò ut quicunque nituntur plures asserere mundos, nullum de-velinquant mundum, sed evertant omnes. Nullus enim eorum esset universum, includens omnia.

Υ Π Ο Μ Ν Η Μ Α Τ Α.

Mundus est imago Dei. Discussum hoc antè fuit. Hic tamen additur: sensibilis. Mirum, si Deus incorporeus, qui nullo sensu percipitur, sensibili describi, depingive possit imagine. Cogitata hæc sunt inania. 2. *Mundus est omne, totum, perfectum.* Ita etiam quisvis homo & omne, & totum, & perfectum est. Et tales etiam sunt mundi singulis: si plurimi etiam sint. Omne dicitur mundus: quod omnes habeat suas partes:

partes: atq; eâdem ratione, totum, & perfectum esse dicitur. 3. *Hominum sedes est, atq; Deorum.* Miseros, & pauperes habet PICCOLOM. Deos: quibus omnib. non nisi mundus est unus. Qualis ille quæso rex sit cui non regnum: non civitas sit integra: sed unica domus pro regno sit? *Quorum nullum servaretur: si mundi essent uno plures.* Imò servarentur omnia. Quidvis asserit intrepidè PICCOLOM. sed pauca probat: & quidem probat leviter.

*Pauperes
habet Deos
Piccolomin.
ut reges sunt
decem: qui-
lus unicus
est pagus, p
decè regnis.*

CAP. XVI.

XII. Argumentum.

QUOD demum confirmatur: quia si mundi sunt plures, vel sunt similes, vel sunt dissimiles. Si similes, frustra essent plures, præsertim cum unus non generet alium. Si dissimiles: igitur unus, ea non includeret, quæ alter, ac ita nullus esset verè universum, & perfectum. Unicus itaque mundus est. VOS VALETE ET PLAUDITE.

T Π Ο Μ Ν Η Μ Α Τ Α.

PLURES uno mundi neq; similes esse possunt: neq; dissimiles. Plures ergo non sunt. Rebus enim multis similitudo com-

Mundi non sunt multi similes: quia unus alterum non generat.

petit necessario, vel dissimilitudo. Similes autem esse plures mundi nequeunt. *Frustra etenim essent plures. Quis hoc? Praesertim quia unus alium non generat.* Quid audis? Si ergo mundus unus alium generaret: non essent frustra plures: sicut homines. Rationem age profer consecutionis. Si unus generaret alium: multi quidem essent mundi: sed non simul. Alter enim generatus, alteri corrupto succederet. Atque ita perpetuo non nisi unus esset. Hoc mihi non stupido adjiciendum commisit PICCOLOMINIUS: quod non quilibet odorari potuerit. Quid autem si mundus unus generet uno plures: ut pater unus plures procreat liberos? Frustra etiam essent uno plures. Quamobrem? Quia cum unus omnia corpora complectatur: nullum aliis esset reliquum. Imò essent singulis totidem: quot uni tribuuntur.

Petrus est perfectus: licet caudam vulpis non habeat.

Si vero mundi plures dicantur esse dissimiles: unus non erit totum, & perfectum quidam: quia non habebit, quae alter habet. Homo totus est & perfectus: licet caudam non habeat vulpinam. Si varii sint mundi: quilibet tamè sua pro specie perfectus erit.

CICE-

CAP. XVII.

CICERONIS RATIO
DE UNIVERSITATE.

Rectene igitur unum mundum dixerimus an sint plures, an innumerabiles? Dic tu melius, & verius. Unus profecto: siquidem factus est ad exemplum. Quod enim omnes complectitur animantes eos, & ratione intelliguntur, id non potest esse cum altero. Rursus n. alius animans, qui eum contineat, sit necesse est, cujus partes sint animantes superiores, cœlumq; hoc simulachrum illius ultimi sit, non proximi. Quorum ne quid accideret, atq; ut hic mundus esset animanti absoluto simillimus, hoc ipso quod solus, atq; unus esset, idcirco singularem Deus hunc mundum, atq; unigenam procreavit.

DISCVSSIO.

Oratoriam philosophiâ hæc redolet sapientiam: argumentis sc. aliquot neq; satis accuratè, neque satis distinctè propositis. *Mundus profecto est unus.* Quamobrem? 1. *Quia factus est ad exemplum.* Hic Ciceronis desideramus eloquentiam: ubi propè nihil dicitur: cum hoc tamen argumentum rhetoricum sit

N

Cicero mundum censet esse unicum: quod sit factus ad exemplum.

Mundus est unus: ut sit animanti perfecto simillimus.

*Unum ad
exemplum
opera possunt
multa fieri.
Quicquid
est, semel
est.*

*Alia præter
hæc anima-
lia diversa
mente con-
cipere non
possumus:
sed similia
possumus.*

*Undum
ro facit
e.*

potius, & oratorium, quam philosophicum. *Ad exemplum factus est mundus. Ergo non nisi unus est.* Quasi vero unum ad exemplum, non possint opera fieri plurima. Sed hæc de re, satis jam actum est alias.

2. *Quod omnes animantes complectitur, non potest esse cum altero.* Quis hoc? Quia quicquid est, non nisi semel est. Si mundus hic omnia contineat animalia; non poterit alius hæc ipsa continere. Quare autem adjecta est limitatio: *qui ratione intelliguntur?* Non potest quisquam animo animal ullam comprehendere: quod non ab hoc mundo contineatur. Nihil hoc est. Non enim ideo sequitur non esse, vel esse posse præter hæc animalia, quæ in hoc orbe continentur, alia: quod alia ratione intelligere non possimus. Siquidem nostra ratio ex sensibus est: quos intelligendo superare non possumus: ut propterea oporteat esse, quicquid animo concipimus. 3. *Rursus enim alius animans, qui enim contineat, sit necesse est.* Mira hæc est necessitas, quæ nulla omnino stabilitur ratione. Mundum hunc Cicero facit animantem: quod mihi perinde videtur esse, atque si mea domus, homo dicatur esse: vel anserum stabulum, anser. Quid tum vero, si mundus hic animans sit? Si mundi plures

uno

ūno sint : omnes similiter oportebit esse animantes : atq; adeo necesse erit ipsos ab alio quopiam majore animante contineri. Quam ob causam? Responſio deſideratur. Proinde imperfecta etiā eſt hęc Ciceronis ratio. Si mundum unum hunc ab alio contineri non eſt necesse : quī plures ab alio contineri oporteat? 4. Atq; ut hic mundus eſſet animanti abſoluto ſimilimus. Animal fortē mundū hunc dicere veritus eſt. Sed hujus hęc nihil intereſt. Mirum tamen ſi mundus hic propterea ſit abſolutus animans : quod non niſi unus ſit. Homines enim etiā perfecta ſunt animalia : quamvis pp̄tē ſint numero infiniti. 5. Cælumq; hoc ſimulachrum illius ultimi ſit ; non proximi. Quid hoc ſit, non ſatis intelligo. PICCOLOMINEUM audiamus.

CAP: 9:

Mundus eſt unus : ſiquidem ad unius ſimilitudinem eſt formatus. Quod enim vivencia omnia, quacunq; intelligunt, conſinet, ſocium alterum habere non poteſt, alioquin aliud animal, quod hęc duo contineat, eſſe oporteret, cujus dñe hæ partes ſint, nec illorū, ſed tertii hujus, mundus hic ſimulachri rectius diceretur. Nimis obſcurè. Nefcio qd hęc dicere velit PICCOLOM, I. Vivencia quacunq; intelligunt, Dixerat Cice-

*Simūdum
hunc ab alio
contineri nō
eſt necesse :
neq; multos
oportebit
contineri.*

ro: *quacunque ratione intelliguntur.* Non idem est intelligere: quod ratione intelligi. Quid hoc sit, antea exposuimus. Videntia quæ intelligant, præter homines nulla sunt. Quid his ergo fuit opus ambagibus? 2. *Quod omnes continet homines, unum est.* Qualivero non multæ cælorum sphæræ omnes cõtineant homines. Hunc autem mundum omnes homines continere illud ipsum est, de quo ambigitur. Certum enim est nullum esse mundum: qui homines non contineat. 3. *Alioquin aliud erit animal, quod duos mûdos: duo sc. animalia magna contineat.* Non est necesse. 4. *Nec illorum, sed tertii hujus, &c.* Hic neq; quod probem habeo: neq; quod improbem: Quid enim dicatur, non intelligo. *Mundus hic non esse simulachrum illorum.* Quorum? Duorum illorum mundorum. Quorum duorum mundorum? Hujus, & alterius. Mirum si mundus hic sui sit ipsius simulachrum. *Sed tertii hujus.* Cujus? Illius, quem oportet continere pariter hunc & alterum. Quid tum postea? Num eum qui continetur mundum, alterius qui continet, simulachrum esse necesse est? Esto igitur. Quid mali est?

Quod omnes continet homines, unum est.

Mundus unus sui ipsius simulachrum esse nequis

PARS TERTIA.

IN QUA VERIUS DEMONSTRATUR,

VNVM ESSE MVNDVM:

non plures.

SI quæ jam prolata, & discussa sunt argumenta: quibus videbatur posse demonstrari, non esse plures uno mundos: exigui sunt momenti: vera tamen non sunt, quibus confirmatum est contrarium. Alias ergo rationes afferemus, quas majoris judicamus esse ponderis: ex quibus manifestum evadet unum quidem esse mundum, non plures: sed ea ratione tamen: ut unum esse non sit necesse: nisi veritas pro necessitate sumatur. Unum enim esse mundum, longè aliter est verum: quàm vel unum esse Deum: vel hunc etiam mundum aliquando & ab alio esse factum. Utrumque igitur manifestis ostendemus, & explicabimus argumentis.

Vnus qui est mundus: sed unum esse non est necesse.

CAP. I.

I. Argumentum.

Mundi neque finiti neque infiniti sunt uno plures.

Si plures uno sint mundi: vel finiti sunt, vel infiniti sunt. At neque finiti sunt uno plures: neque sunt infiniti. Necessesse ergo est: vel nullum esse: vel non nisi unum esse.

MUNDOS NON ESSE
NUMERO FINITOS.

*8. Phys. 1.
15.*

Αλλά καὶ τὸ το δεῖ τὸν λέγοντα μὴ δοτοφάναι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν αἰτίαν αὐτῶ λέγειν, καὶ μὴ ἕζεσθαι μηδέν, μήδ' ἀξιῶν ἀξίωμα ἄλογον, αἰτιῆ πωγωνῶν, ἢ δοτοδείξιν φέρειν.

Nihil sine ratione est afferendum.

Quod quisquam absq; inductione, vel demonstratione asserit: perinde est, atque si dictum non sit. Non est asseruisse satis: sed ejus quod dicitur, afferenda est ratio.

Si finiti sint mundi: numerus ē exprimendus.

Quisquis mundos ait esse uno plures: necesse est rationem afferat: cur uno plures esse oporteat. Dein etiam necesse est, si finitos esse velit: ut numerum exprimat: duosq; tres aut quatuor esse demonstrat. Equidem rationes non desunt, cur unum esse oporteat: neq; desunt, cur in-

finiti

finiti censeantur esse. Cur vero vel duo, vel tres, vel quatuor sint: ratio nulla est. Nam multitudinis argumenta, vel potentiam præ se ferunt opificis & materiae, vel necessitatem: At utraq; incertæ est multitudinis, & infinitæ. Si possint esse duo mundi: plures etiam esse possunt: atque ita potentia nulla est definitio. Necessitas autem solius est infiniti: sive mundum unum oporteat esse magnitudine infinitum: sive numero infinitos esse oporteat. Modus enim necessitati nullus est. Deum constat infinitam habere potentiam: qua mundos creet in infinitum: hoc est, ut ad postremum, ejus potentia nunquam perveniat. Huic potentia Divina voluntas certo & prudenti consilio modum præscribit. Si vero necesse sit ipsum mundos condere, quot potest: infinitos procreabit. Cum itaq; dicitur propterea esse mundos uno plures: quod ea possint esse numero multa, quæ formam habent in materia: qualis est mundus: ratio nulla est. Non enim subito est, quicquid esse potest. Sed merito id dicitur esse, quod esse magis expedit, quam non esse. Demonstrandum ergo fuerit, præstare duos esse mundos, quam unum: quod non video tamen, ut demonstrari possit.

Si plures uno sint mundi: quot sint nulla ratione potest investigari. Necessitas infinitatis est.

Dei potentia cum ab aeterno fuerit: nunquam finitur.

Dei potentiam limitat voluntas: ne faciat quicquid facere potest.

Illud merito esse dicitur: non quod esse potest: sed quod esse expedit.

*Non omne
bonum eò
melius est:
quò majus
est.*

*Nostri sen-
sus non nisi
unum de-
monstrant
esse mundū.*

Quod vero dicitur ideò plures uno esse mundos: quod bonum quò majus est, eò quoq; sit melius: fallax est ratio. Nam e- jus quod parvum est, sua est bonitas. Et terram in hoc mundo præstat unicam esse, quàm plures. Ita etiam unum præstat esse mundum, quàm plures. Quod vero non nisi mundus sit unus, res ipsa docet. Unicum enim esse videmus. At multa ratione tamen investigantur: quæ nullo sensu demonstrari possunt. Credo equidem: sed firmam oportet esse rationem, quæ nos ea credere cogat: quæ sensum omnem superant. Quare cum nulla dum nobis oblata sit: donec afferatur, quæ meritò sensibus ipsis præferri debeat: unicum credendum est esse mundum.

MUNDOS NON ESSE INFINITOS.

*Materia
prima, &
efficientis in-
finita potē-
tia, mundos
arguunt esse
infinitos.*

Materia primæ & primi efficientis infinitas, magnam faciunt fidē, mundos esse infinitos. Maximè vero si primum efficiens quādā naturæ suæ, vel essentia: necessitate mundos procreet. Cum enim ejus substantia ubiq; sit: & ubiq; vires e- afdem obtineat: necesse est etiam, ut non hic modò: verum ubiq; mundos produ-
xerit.

MUN-

CAP. II.

MUNDI, MUNDORUM-
VE CONDENDORUM NUL-
lam esse necessitatem.

Rectè Aristoteles: τὸ ἀεί, & τὸ ἐξ ἀνάγκης, ἀνάγκη. Æternum est, quicquid est necessariò. Deus ergo quicquid unquam egit necessariò: semper egit, semper agit: & semper aget necessariò. 2. Deus etiam quicquid agit sua ipsius essentiaè necessitate: id ubiq; agit. Cum enim ejus substantia sit ubiq;: non potest etiam non agere: ubicumq; sit. Hinc quod impossibile est, necessariò consequetur. Id sc. quod ante est, fieri. Nam licet mundum hunc jam condiderit: hoc tamen etiam in loco mundum etiamnum condit: & cras condet. Quì verò possit facere id, quod ante factum est, & adhuc superest incorruptum? Consecutionis autem ratio manifesta est ex iis, quæ modò dicta sunt. Non quicquid agit Deus: necessariò: id nunquam, & nullo in loco potest nõ agere. Semper igitur, & ubiq;, mundos creat Deus: si necessariò creat: & semper creavit: & semper creabit: quo nihil incon-

N

2. Gen. 11.
68.

*Quod agit
Deus neces-
sariò: sem-
per agit: &
ubique.*

*Id quod an-
te est fieri
non potest.*

*Deum sem-
per & ubi-
vis mundos
creare: ab-
surdum est.*

*Ad mundū
creandum
Leus poten-
tiam, volu-
tatemq; su-
am adhibu-
it, bono con-
silio confir-
matam.*

cinnum magis, & magis absurdum cogi-
tari potest. Deus itaq; nulla omnino ne-
cessitate mundū, mundosvé plures condi-
dit: sed $\chi\tau\iota$ $\delta\upsilon\nu\alpha\mu\iota\nu$, καὶ $\chi\tau\iota$ $\pi\alpha\rho\alpha\iota\sigma\iota\nu$: hoc
est certo suo consilio, & voluntate: atque
ita quidem ut & creare potuerit: & potu-
erit etiam non creare.

C A P. III.

AN MUNDOS OPOR-
TEAT ESSE FINITOS: SI
facti non sint ab alio: sed
ex seipsis semper fue-
rint.

*Si mundus
nunquā fa-
ctus est: nul-
la ratio est:
cur infinit⁹
non sit.*

*Necessita-
ti et æter-
nitati ad-
iungēda est
ubiquitas:
at non The-
ologorum.*

QUID tum vero si mundi non facti
quidē sint: sed semper fuerint neces-
sariō: An non etiam ob hanc necessitatem
mundi fuerunt infiniti? Si mundus hic
hoc in loco fuit semper necessariō: quid-
ni etiam aliis in locis omnibus, mundi fu-
erint similiter & semper, & necessariō?
Duobus ab Aristotele positis: *necessitati*
nimirum, & *æternitati*, nos tertium adjici-
mus: *ubiquitatem* videlicet. Semper itaq;
est: & ubique est quicquid est necessariō.
Quicquid ubique est: semper est. Quic-
quid semper est: ubique est. Quicquid
ubique

ubique, & semper est: necessariò est. Τὸ δὲ αἰεὶ, καὶ τὸ πανταχοῦ, καὶ τὸ ἐξ ἀνάγκης, αἴμα.

Hinc satis evidens est: si mundus hic ab æterno fuerit: ut existimavit Aristoteles: etiam alia duo ipsi competere: scilicet ut sit infinitus: & ut sit necessariò. At rectè tamen demonstravit Aristoteles, hunc mundum esse magnitudine finitum. Proinde ut æternitatis, necessitatis, & infinitatis mutua, & indissolubilis servetur connexio: quod magnitudini deest, id numero compensari oportet: ut infiniti sint mundi numero: cum unus nequeat infinitus esse magnitudine.

Hiscè ita positis & constitutis, facilè intelligi potest, Aristotelis de mundi æternitate sententiam, non minus absurdam esse, quàm veterum fuerit: qui mundos esse censuerunt infinitos. Non enim finito magis competit æternitas: quàm mundo, vel mundis infinitas. Mundi ergo, mundorumvè sublata æternitate, simul etiam periit infinitas. Siquidem solis hæc æternis competit. Quod autem neq; mundus unus, neq; plures ab æterno fuerint: in nostro de rerum æternitate commentario,

firmis est à nobis demonstratum rationibus

Si mundus ab æterno est: ubique est.

Si mundus hic finitus est: numero infinitos esse necesse est.

Finito non magis competit æternitas: quàm mundis infinitas.

CAP. III.

AN IN ÆTERNIS IDEM
SINT ESSE ET POSSE.

*Æternum
et ne effa-
rium con-
vertuntur.*

*9. Metaph.
11. 17.*

*Contingens
est: quod ef-
se, et non ef-
se potest.*

*Deus absq;
potentia, fa-
tum est.*

*Contingen-
ter est, quic-
quid est, pre-
ter Deum.*

ÆTernorum nulla est potentia: cum (ut modò est dictum) æternù, & necessarium convertantur: ut necessarium sit, quicquid æternum est. Et æternum sit, quicquid est necessarium. Potentiam autem tollit necessitas: & potentia, necessitatem. *Πᾶσα γὰρ δύναμις αἰῶνα ἔστω φαινομένη.* Quicquid enim potest esse: potest etiam non esse. Contingentiæ hoc est: non necessitatis. Æternorum igitur actus est, non potentia. Spacium autè infinitum ab æterno fuit: ut paulò post demonstrabitur. Hoc ergo neq; potuit neq; potest infinitos capere mundos: sed capit, & cepit.

*Magnus Apollio foret: uodum qui solveret
istum.*

Itane? Deum certè constat æternum esse. Nulla ejus igitur est potentia. Nempe si merum sit, & ineluctabile fatum. Quomodo nihil unquam extra se fecerit. Cum enim solus sit necessariò: cætera contingenter sunt omnia: quorum si causa est Deus: etiam oportet fecisse contingenter: siqui-

siquidem contingentia contingenter facta sunt: & contingenter factorum, contingens etiam fuit effectio. Contingens autem effectio potentiam sequitur omnis. Deo igitur necesse est, ut potentiam ascribamus: ob quam rerum cæterarum causa esse dicitur: ut suam ob necessitatem Deus est: hoc est, ens infinitum, & fœlicissimum.

Quæ verò potentia tribuitur ei quod æternum est & necessarium? An non omnis rerum est contingentium potentia? Utiq; est: ut causa & præcedens quidpiam. Deus ab æterno potentiam habuit creandi mundum. Hujus ergo potentia hæc est, & illius. At multum diversa ratione. Mundum enim præcedit, non Deum. Potentia igitur, ut adjunctum, æternis ascribi potest: at non ut causa. Nam ut causa, prior semper est rebus effectis: cum æternis nihil possit esse prius. Æternorum itaq; potentia nulla est: quæ vel sint vel fiant. Cum enim semper fuerint: nunquam esse potuerunt: neq; potuerunt non esse: Potentia tamen aliqua est, quæ efficiant aliquid. Facere posse æternorum est: at non fieri posse. Quæ possit enim fieri, quod nunquam non fuit?

Age igitur: hæc ad propositum accommodentur. Spacium infinitum ab æterno

Contingens effectio potentiam sequitur.

Deum necessitas: causam potentia facit.

Æternis ut adjunctum competit potentia.

Æterna non ut faciant aliquid, potentiam habent.

Potentia licet aeterna sit: actio tamen aeterna non est: cum sit contingens.

Infiniti mundi, cum sint rotundi: totum spacium infinitum complere non possunt.

fuit. Infinita ergo corpora cepit ab aeterno: cui capere: non posse capere sit aeternorum. Equidem aeternae captionis nulla est potentia. Quae capta sunt ab aeterno corpora, capi non potuerunt. At capere tamen ab aeterno potuit: quod non cepit. Ut Deus, creandi mundi: sic & spacium illud infinitum, capiendi potentiam habuit. Deus creator ab aeterno fuit. Mundus creatus ab aeterno non fuit: quia creatio potentiam sequitur, & res creata, creationem.

Hoc etiam expende. Mundi cum sint rotundi, non possunt totum illud replere spacium: si etiam sint infiniti. Nam inter duos pluresve mundos spacium aliquod intercedere necesse est: quod ab ipsis mundis non completur. At hoc intervallum non minus est aeternum, quam totum sit spacium. Non igitur corpus aliquod capere potest: sed cepit ab aeterno. Quodnam hoc? Chymeram Italicam: Ita nempe Chymeras Italicas extra mundos omnes exterminari oportuit. Non igitur animalia: non corpora vera, sed ficta sunt. Et ficta etiam eorum est aeterna captio:

MUN-

MUNDOS NON ESSE
INFINITOS.

I. Argumentum.

Quicquid factum est: id infinitum esse nequit. Mundi vero, quotquot modo sint, aliquando facti sunt: quod multis & firmis rationibus in nostro de rerum aeternitate commentario demonstravimus. Mundi ergo non possunt esse infiniti. Quod autem finitum sit, quicquid factum est: per se satis est manifestum. Principium enim & finem habet, quicquid factum est: siquidem & coepit, & desit fieri. Coepit quidem, cum ante non fuerit. Unde satis intelligitur, nihil ab aeterno fieri posse: quod impostores tamen asserere non pudet nonnullos. Desit vero fieri quicquid factum est. Non enim alia factum esset: quando quod fit, fieri dicitur, non esse factum.

II. Argumentum.

Nonnisi unum est infinitum. Principium enim hoc esse necesse est: cum a nullo sit. Finitum namque est, quicquid ab alio est. Mundi ergo, si multi sunt, infiniti non sunt. Principium autem nonnisi unum est: cum omnium multitudo, sit uno posterior. Unum ergo multorum est principium: & hoc infinitum quidem est: illa vero finita.

*Infinitum
fieri nequit.*

*Quod fit,
ante non fit:
neque fit, quod
factum est.*

*Infinitum
cum a nullo
sit factum,
principium
est. Mundi
ergo non sunt
infinita*

III. Argumentum.

*Finitis infinitas tribui
neguit.*

Finitis infinitatem ascribere: manifesta est contradictio. Si mundi sint numero infiniti: à nullo sunt superiore principio. Non enim ab alio est, quicquid est infinitum. At cum magnitudine finiti sint omnes: etiam omnes ab alio sunt. Igitur ab alio sunt, & ab alio non sunt.

IV. Argumentum.

*Contingentibus non
competit infinitas.*

Nullus motus est necessarius.

*Quicquid
jacet non est:
sub infinita
est potestate*

Nullis contingentibus competit infinitas. Nulli namq; causæ subest infinitum, à qua mutari possit. Omnes autem mundi, quotquot modò sint, contingentes sunt: hoc est, ita, ut possint non esse: quippe quorum finis contingens sit. Mundi nempe cujuslibet partes omnes motu aliquo suam assequuntur perfectionem. Motus autem nullus est necessarius: siquidem potest nò moveri, quicquid movetur. Omnis enim motus ex potentia est: cum sit ἐντελέχεια τῆς δυνάτῆς: perfectio ejusq; vel agere, vel pati potest. Præterea cum finitus sit unusquisque mundus; sub principii unius infiniti potestate est, à quo facile mutari, & confundi possit. Deniq; contingenter est, nò necessario: quicquid

quid propter aliud est. Mundus certe nullus est, qui non sit propter homines. Ratio consecutionis est: quod accidens omne sit contingens non necessarium. Accidens vero sit omne aliud: & quicquid est alterius: Cæli uiam habent in alio perfectionem: scilicet in hominibus. Possunt ergo non perfici. Non enim necessarium est, quicquid extra est: quicquid aliunde est: & quicquid essenziale non est. Homines procreari: non est cælis essenziale: quod nonnulli tamen asserunt impudenter: qui finem rei cuiusq; volunt esse substantiam: Sed fatuum hoc dogma satis in nostris Alpibus cæsis refutatum est:

V. Argumentum:

Mundi etiam frustra essent infiniti. Nam unus si fuerit ab æterno, potuit etiam homines non semel, sed plures infinitos producere. Si uero cæperint omnes: frustra tamen etiam essent: quod hac eleganti ratione potest facile demonstrari. Nullus mundus ex seipso potest ullum hominem procreare: sed necesse est Diuinâ, non naturali uirtute, primos homines duos, marem nimirum & femellam, in unoquoq; mundo primum esse procrea-

Contingens est quicquid est propter aliud

Necessarium non est: quod essenziale non est.

Finem rei, ejus esse substantiam factum est.

Si mundus ab æterno fuit: unus infinitos homines procreare potuit. Plures ergo frustra fuissent.

*Si mundi
sint infiniti:
homines à
Deo facti
sunt bis in-
finiti.*

tos. Prius ergo quàm naturaliter ulli sint homines procreati, jam bis infiniti fuerunt à Deo creati. Quid ergo mundis tum fuit opus: cum à Deo tot jam essent immediatè conditi?

C A P. VI.

N O N N I S I U N U M E S -
S E M U N D U M .

II. Argumentum.

QUOT quot modò sint mundi: omnes ab aliquo primo principio potentissimo, & sapientissimo factos esse necesse est: quò in nostro de rerum æternitate commentario multis rationibus, à nobis est demonstratum. Hoc nos principium **D E U M** appellamus. Ex hac nostra satis jam demonstrata hypothesi, rationes aliquot extrui possunt in hunc modum.

I.

Unicum Deus procreavit mundum. Non ergo plures uno sunt. Antecedens probatur. Deus nulla necessitate facit, quicquid extra se facit: sed intercedente potentia, certo & prudenti consilio, liberaque

*Nullus est
mundus:
qui non sit à
Deo factus.*

raque voluntate. Optimâ ergo ratione mundum fecit unicum: qui cum sufficiat tot procreandis hominibus, quot procreari voluit: frustra profectò cæteros condidisset. Quod autem sufficiat, facilè hinc intelligetur. Unum enim hunc mundum poterat centuplo facere majorem. Aut si plures voluisset homines procreari: quàm procreandi sint: utique posset hominum in hoc mundo procreationem, in plures aliquot producere annorum myriades. Dubium certè non est, quin certam aliquam Deus hominum multitudinem naturaliter velit procreari: quæ dum compleatur, mundus hic persistet incorruptus: sive sex, sive decem hoc futurum sit annorum millibus. Qui tamen annorum numerus si non sufficiat: poterit etiam Deo ira volente hominum propagatio produci amplius. Mundus hic ergo procreandis sufficit unus omnibus.

II. Ratio.

Deus cum sit unus & infinitus: hanc suam utramque proprietatem suis in operibus exprimere voluit. Unitatis exemplar mundus est unus. Et hujus amplitudo, infinitam ejus osten-

Nihil Deus extra se facit absq; bono consilio.

Deus id facit qd cõsultissimũ est.

Vnum esse mundũ melius est: si sufficiat.

Deus plurimos homines nasci vult: non infinitos.

Mundi finis unitatẽ exigit.

Deus maximum fecit mundum, quia infinitum facere non potuit.

Non tot oportet esse mundos, quot homines sunt.

Deus ex mundo, & hominibus suam non acquirit felicitatem.

dit potentiam. Maximum autem mundum hunc fecit Deus, non infinitum: quia Divina ejus necessitas, nihil quicquam aliud præter ipsum Deum sinit esse infinitum. Solus enim Deus propterea est infinitus, quod factus non sit: & cætera necessariò finita sunt omnia: quod facta sint. Et hæc etiam ob causam plurimos Deus homines in hoc mundo nasci voluit: non infinitos.

At plures unò tamen Deus fecit angelos: plures itidem fecit homines: cur non etiam mundos fecerit uno plures? Angeli, & homines substantiæ sunt intelligentes, & propriæ causâ felicitatis conditæ: in quibus infinitatis suæ Deus exemplar ponere voluit: quando condidit, & condidit propè infinitos. At mundi ratio est alia: cum non tot oporteat esse mundos, quot sunt homines: unusque mundus sufficere possit omnibus naturaliter procreandis.

III. Ratio.

Deus ex uno pluribusvè mundis: ut etiam ex hominibus, nihil acquirit perfectionis, & felicitatis: cum ex sese ipso sit alius, & ab æterno fuerit perfectissimus, & felicissimus. Quid ergo pluribus hoc uno mundis: quid pluribus etiam sit opus homini-

minib⁹, quàm qui sunt hoc in mundo nati, vel etiam nascentur ?

IV. Ratio.

Ut omnium major esset hominum conjunctio : & ex arctiore hac conjunctioe major etiam eorum esset fœlicitas : omnes ex primis duob⁹ nasci voluit. Ad hanc autem eorum societate, uno fuit opus mundo : non pluribus.

V. Ratio.

Iis competit unitas, quæ principii rationem habent. Numerus autem, & multitudo postremorum sunt effectorum : qualia sunt homines : cum propter alia non sint. At vero mundus principii rationem obtinet : ob id etiam unus est, non multi.

Ἀρχὴν ὃ τῶν ἀναγκαίων εἶναι μίαν. ὅπως γὰρ ἐνδέχεται, μίαν βέλλον, ἢ πολλαίς.

Præstantissimum est principium, quod unum est, & sufficiens multis, aut etiam omnibus producendis effectibus.

Totius & universæ hominum procreationis, unicum fuit principium : Deus videlicet. Hinc etiam homines duo, cæterorum omnium principia fuerunt. Cur duo ? Nempe quia neq; ex mare solo, neque ex fœmina sola cæteri naturaliter pro-

Homines omnes ex duobus primis parentibus nasci oportuit. Unus ergo mundus est.

Principio competit unitas : ut effectis multitudo.

3. Part. 4. Principium quod primum est : unicum est.

Duo primi sunt homi-

*res facti: quia
unus non e-
rat satis.*

creari poterant. Ideo rectè limitationē ad-
jicit Aristoteles: *ὅπως ἐνδέχεται*. Præstat uni-
cum esse principiū: siquidem unū sufficiat

P A R S Q U A R T A.

C A P. I.

Primum Aristotelis argumentum.

1. Cæl. 9.97

*Si præter hunc
alius quispe-
ram sic mun-
dus: simpli-
cibus &
compositis
constat cor-
poribus.*

T*ριχῶς δὴ λεγομένῃ τῷ ἕρῳ. Cælum hinc
pro tota mundi mole sumitur. Mun-
dū ergo non nisi unū esse profitetur Arist:
propterea quod præter ea quæ continent corpora
physica simplicia & composita: nulla sint alia:
quæ ad alterius mundi unius aut plurium ge-
nerationē, vel structuram adhiberi potuerint.
Composita quidē constat esse nulla si nul-
ta sint simplicia: cum ex simplicibus omnis
sit compositio. Duobus autē modis simpli-
cia considerantur: per se nimirū, sive seor-
sum: & in cōpositis. Quidni ergo compo-
sita sint: licet separata simplicia sint nulla?
Ut res generentur: & generatæ confer-
ventur: simplicibus opus est separatis.
Nam ex varia simplicium mixtione varia
etiam est rerum generatio.*

*Probetur ergo nulla extra hunc mundū
esse simplicia. τὸ μὴ κύκλω φερόμενον. Antè fu-
it demonstratū corpora cælestia non nisi*

circu-

circulariter moveri: neq; de loco in locum transferri. Quid hoc rei est? Non hoc queritur: *an istius mundi corpora hoc mundo relicto, in alium transferantur.* Maneant hæc omnia ubi sunt: & alterius mundi corpora suis etiam in locis consistant: Ita nihil obtinebitur. *Αλλὰ μὴν ἔδε τὸ διὰ τῆ μέσου.* Neq; ulla sunt extra hunc mundū elementa. Non enim *ἢ φύσιν* isthic cōsisterent: cura eorum loca naturalia sint in hoc mundo *Παρά φύσιν* ergo. Nam aliorum corporum illa oportet et esse loca naturalia. Nam qui locus alicui est alienus: alteri est proprius.

Ecquid? An ita cōpleta est demonstratio? Nequaquam profectò. Non enim de hujus mundi partibus queritur: *an extra hunc mundū vel sint, vel transferantur.* Sed questio est: *an non præter hunc, alius etiam sit mundus: a suis sit ex simplicib. compositisq; corporibus, similiter ut iste est, constitutus.*

Addamus igitur aliud: ut quod deest compleatur. *Ἐπὶ δὲ τὸ μέσον τὸ ἐν ταύτῃ.* Si mundus præter hunc sit alius: ejusdem oportebit esse naturæ: cujus hic est: aliàs non verè: sed æquivocè mundus nuncuparetur. Omnium ergo partium similis erit motus. Atque alterius mundi corpora cum ejusdem sint naturæ: cujus nostra sunt: etiam ad nostrum medium

1. Cæl. 8. 77.

Si mundi sint alii: ejusdē sunt cum isto natura.

movebuntur: si gravia sint: & ad nostrum
cœlum, supremamque regionem elemen-
tarem movebuntur: si levia sint. Quo po-
sito & concessio: necesse erit, illius mundi
corpora mundo illo derelicto, nostrum in
mundum ferri omnia. Cum itaque omnia
corpora gravia similiter moveantur: omnia
etiam unum ad medium movebuntur.
Non ergo plura erunt media: sed unicum,
Atque ita mundus erit etiam unicus. Tot enim
oportet esse media: quot mundi sunt.

*Omnia gra-
via, ad unum
medium mo-
vetur: man-
dus ergo est
unicus.*

*Hujuscemodi
elementa
hic manent.
De mundis
aliis idem est
statuendum.*

*Corpora hu-
jus mundi
prius fuerunt:
quam mun-
dus hic con-
deretur.*

An priore perfectior ista est demonstra-
tio? Specie paulò fortè est meliore: sed
nobis nondum etiam satisfacit. Quid enim
prohibeat: quominus quod in hoc
mundo & est, & fit: in alio similiter & sit,
& fiat. Nostra elementa in nostro mundo
moventur. Et in suo pariter moventur:
quæ mundi sunt alterius. Si nostra non sit
necesse ferri extra hunc mundum: nec il-
la extra suum ferri est necesse.

Si factus esset aliquando mundus: &
alios etiam, quicumque modo sint, similiter
oporteret esse factos: & ita quidem, ut
corpora prius existerent: ex quibus unus
pluresque mundi fuerint procreandi: ratio
hæc esset admodum speciosa. Maxime ve-
ro: si dicantur proprio suo motu omnia
corpora in ordinem esse redacta. Quo-
modo

modo rotunda dicitur esse terra: quod ejus partes equaliter ad mundi medium ob parrem gravitatem, omnes cōtenderint. Hac itaq; posita hypothesi: gravia omnia in unum locum collecta sunt: & levia in unū similiter. Quibus post omni ex parte circumjecta sunt corpora cœlestia. Necesse ergo fuit unum generari mundum, non plures. Quid autem si mundus hic, & cæteri complures, vel etiam infiniti ab æterno fuerint: neq; facti sint unquam? Mirè hîc callidus est Aristoteles. Ita esse oportet, atq; si facti sint aliquando. Magnum hoc est postulatum. Quasi vero necessitatis & cōtingentiæ par, eademq; sit ratio. Quod nunquā factum est, multo aliter est: quàm quod factum est. Quā de re aliās.

Hæc Aristotelis est demonstratio: qua demonstrare vult non esse plures uno mūdōs; Et qua insuper etiam probare nititur; non posse plures fieri. Nos posse credimus: et si novimus non esse plures: neque futuros esse plures. Ejus enim qui ad alterum vitæ humanæ genus, hoc igne consumpto, tandem aliquando virtute Divina creabitur, alia est ratio. Nimis audax, & temerarius est Aristoteles: qui rebus ex arbitrio suo necessitatem imponit. Quasi vero noster Deus ad hujuscemodi nugas

Ergo & aliorum.

2. Cœl. 14. 107.

Si corpora omnia gravia simul sunt mota: non nisi ad unū mediū mota sunt: unus ergo factus est mūdus.

Si plures ab æterno fuerunt mūdī: tales fuerūt atq; si facti sint aliquādo.

1. Cœl. 9. 98.

Aristoteles pro suo arbitrio rebus

temerè ne-
cessitatem
imponit.

adstringatur. Multa fieri possunt: quæ fieri posse negantur.

Mundum hunc ita facere potuit Deus ut omnes ejus partes manerent indistractæ. Quidni possit etiam alium facere: quæ suas omnes partes similiter contineat?

C A P. II.

CUM itaque res adhuc sit dubia: alii est tentanda rationibus. Afferatur agere ex metaphysicis aliquid: ut si nolimus: cogamur id tamen credere: quod nos volunt credere Peripatetici.

12. *Metaph.*
8. + 9.

Plures possunt esse mundi: licet eorum species una sit.

ὅτι δὲ εἰς ἑραυὸς, φανερόν ἐστι γὰρ. Scopæ sunt dissolutæ. Si plures sunt numeri mundi: necesse est commune quoddam esse principium. Species hæc eadem est in omnibus. Quæ cum ἐνπλέχεια sit: materiata non est: atque ob id etiam una est. Quid hoc ad rem? An propterea non sunt plures mundi? Quid mali est: si plures dicamus esse mundos: licet eorum una sit species: ut multorum hominum species etiam una est? Quicquid materia vacat unum est. Non ergo plures sunt hominum animæ. Sunt quia sunt in materia. Quare igitur ait Aristoteles ἐνπλέχεια γὰρ? Formæ quæ ipsæ sunt

primum est esse rei non habet materiam: Entelechia namque est, Ergo una est. Quamvis vero non tot sint formæ: quot materiæ sunt numero separatae. Quid tum verum si hæc omnia concedantur? Manifestum hinc evadet, non nisi unum esse mundum. Et unum esse hominem; non plures. Quis ista probet, intelligat? Aliud additur, quod magis ad rem facit. ἐν μὲν αἴσας. Ex modo explicatis concludit Aristoteles *unicum esse primum movens*. Unde etiam infert. Τὸ ζῷον ἓν: *unum videlicet esse mundum: non plures*. Primum autem movens unum esse dicitur καὶ λόγῳ καὶ αἰσθητικῶ: ut intelligatur ipsum verè unum esse, & singulare quiddam: non sola mentis conceptione. Quomodo animæ hominum τῷ λόγῳ: scilicet universali contractione, unum quiddam sunt: cum numero tamen tot sint: quot sunt homines. Primum itaque movens unum est: non ut homo; sed ut Socrates. Non ergo unum est τῷ λόγῳ. Nam hæc hominis est esse unum. Sed τῷ αἰσθητικῶ. Quid igitur? An ob communem, unamq; speciem sive λόγον, plura sunt moventia prima: ut præter Socratem plures etiam sunt homines? Minimè vero. Nam humana species per se

*Formæ tot
sunt: quot
materiæ se-
paratae.*

*Primum mo-
vens quo-
modo sit u-
num.*

*Numero
multa, uni-
versali mē-
tis contra-
ctione unū
sunt.*

*Humana
species per se
multitudi-
nem non sus-
cipit.*

*Anima hu-
mana post
mortem sunt
unum nu-
mero.*

*Materia est
una: forme
sunt multe.
Materia se-
cundæ sunt
variæ.*

8. Meta. 2.

6. 4. 11.

1. Anim. 3.

53.

*12. Meta.
phys. 8. + 8.*

materiam non habet: propterea etiam per se multitudinem non suscipit. Sed ob corporum multitudinem, quæ ipsa perficit: capax quoque est multitudinis. At primum movens neque per se materiaturum est: neque in materia est: ut neutra ratione multa possit fieri. Peripatetica ista est sapientia. Humanæ igitur animæ post mortem non nisi una sunt anima καὶ λόγος καὶ αἰσθησιμῶν: sicuti primum est movens Peripateticorum. Quam impietatem fovere & tueri nostros non pudet pseudochristianos.

Age vero præter impietatem magna etiam ostendatur absurditas. Ipsa per se materia, cum omnino sit indifferens, nullam admittit multitudinis rationem. Sed omnis omnium rerum materiatarum ob formarum diversitatem est multitudo. Quod ipse etiam Aristoteles inficiari non potuit: inquit alterius materiæ, aliam esse formam αὐτῆ ἐνέργεια αὐτῆς ὕλης. Et animalium genera describens corporum, animarumque diversitate. Quando Pythagoricas rejicit fabulas: quibus perhibetur: eandem numero animam in diversorum animalium corpora sese ingerere.

Quid? An non quot spheræ sunt cælestes: totidem etiam docet esse moventia. Non inficiaberis hoc: fat scio. Sed dices
hanc

hanc ipsis propter materiatarum sphaerarum multitudinem accidere. Nihil hoc est. Cum enim materiam non informant: ut animæ: non possunt ob id esse multa: quod multas moveant sphaeras: sed quod per se sint à se invicem sejuncta. Num putas idem esse: si dicam unum movens: & si dicam plura moventia multas movere sphaeras? Si nulla in ipsis moventibus est multitudo: sed unum idemq; principium omnes movet: cur multa dicuntur esse principia moventia immobilia? Cur ex iis illud primum dicitur: quod primam movet sphaeram. Unitatis nullus est ordo: sed multitudinis. Ita nihil non audent nostri Peripatetici: ut suum salvent Aristotelem. Parum veritatis est: ubi parum est pudoris. Non idem est esse philosophum: & esse Aristotelicum.

Ad rem propius accedamus. Primum movens est unum. Unus ergo mundus est. Hic deest aliquid. Minus concluditur, quam offerant præmissæ. Una ergo est sphaera. Nam primum movens non innumdum: sed unam duntaxat, eamq; primam movet sphaeram. Movet (inquires) etiam hoc reliquas. Non ergo plura sunt moventia: cum unum sit satis. Quidni vero sit satis: quando potentiam habet infini-

Intelligentia cum non informant sphaeras: ob hanc materiam non sunt multe.

Si moventia per se non sunt multa: unum movens sunt.

Unitatis nullus est ordo.

Si primum movens est unum: non mundus: sed sphaera est una.

Primum movens cum

*infiniã ha-
beas poten-
tiam: omnes
mille mun-
dorum spha-
ras potest
movere.*

3. Physic. 4.

32.

12. Meta. 7.

41.

8. Phys. 10.

86.

*Deus poten-
tiam habet
infinitam:
licet non nisi
unam spha-
ram move-
re possit.*

*Quicquid
finitum est:
infiniã ne-
quit habere
potentiam.*

tam? Quidni hanc etiam ob causam ne-
unum: sed infinitos potiùs moveat mun-
dos: cum movere possit infinitos? Rati-
onem audi consequutionis. *In aternis ide-
est posse, & esse.* Si nondum intelligis qui-
velim: arrige aures. Primum movens a-
ternum est. Primum movens potest *infini-
tos movere mundos.* Primum ergo movens
infinitos movet mundos. Quid hic neg-
bitur? Infinitos posse movere mundos.
Quare igitur infinitam dicitur habere po-
tentiam? Temporis hæc infiniti potentia
est. Primum movens tantam modo vim
habet: qua primam sphaeram moveat.
Plures enim movere non potest. Sed inf-
nita hæc tamen potentia dicitur: quod in
æternum persistat integra. O insignem in
extremo acumine stuporem! An putas a-
hanc temporis infinitatem, necessariat
esse potentia infinitatem? Cælum po-
tentiam habet qua in æternum moveatur.
Num hæc etiam infinita est? Quidni? *ὅ-
τι τὸ πεπερασμένον ἀδύνατον ἔχει ἀπειρον δύ-
ναμιν καὶ ὅτι ἀδύνατον ἐστὶ ἐπὶ πεπερασμέν-
κινεῖσθαι ἢ ἀπειρον χρόνον, δεδουλευται γυν.* E-
habes. Et quidem habes duo benè tibi in-
os inculcanda. Primum est: quod quic-
quid finitum est, infinitam nequeat
habere vim. Unde consequitur cælum

qui

quia finitum est, non posse in aeternum moveri. Movetur hoc inquires absque potentia. Et primum movens etiam movet *ἀνεύχως*. Cur huic igitur potentia tribuitur: quod omni vacat materia? Cur caelo negatur potentia: quod corporeum tamen est, & materiatum? Hoccine est *συμείρειν*, & propriis dicere principiis consentanea? Alterum vero est, quod aperte contradictionem implicat. Primum movens non est finitum: quia movendi vim habet infinitam. Primum movens non est infinitum: quia magnitudo nulla est infinita. Num quicquam est quod neque finitum sit, neque infinitum? Quid quaeso inter haec est medii? Cur non ostenditur, quodnam hoc sit? Quid tam scrupulosus es? Cur non credis: ut aliquis tibi sit etiam locus doctos inter Peripateticos?

*Caelū quia
nō habet in-
finitam po-
tentiam in
aeternū mo-
veri nequit.*

*Vnum & i-
dem finitū
& non fini-
tum esse ne-
quit.*

CAP. III.

ALIIS RATIONIBUS

OSTENDITUR UNUM ES-

SEMUNDUM.

Hisce igitur ita discussis & abs te intellectis: tu velim sincere dicas: si quid in te philosophici est candoris: an credas ex *Aristotele* posse demonstrari, non

*Ex Aristote-
le demon-
strari neq̄,
mundos non
esse uno plu-
res.*

*Ex Dei vo-
luntate est
exquirendū
an unic⁹ sit
mundus.*

*Deus mun-
dos uno plu-
res nō fecit.*

*Mundi fi-
nis hominū
est procrea-
tio.*

*Homines ut
generentur
quot gene-
rari vult
Deus: mun-
dus sufficit
unus:*

esse plures mundos. Ego profiteor non posse. Quid ergo? Num nulla omnino ratione philosophica fidem ejus facere possimus: quod scimus esse verissimum? Mundus certe unus est: non plures. Qui hoc scitur?

Deus ab æterno solus fuit: quia solus est infinitus: Nihil enim ab æterno fuit: nisi quod à nullo est. Siquidem quod ab alio est: per ejus potentiam est: quæ tempore etiam est necessario prior. Quæ de re aliâs. Deus ergo non angelos modò: sed mundum etiam fecit aliquando. Quare ut sciatur *an plures uno sint mundi*: querendum est *an plures fecerit Deus*. Nos plures fecisse negamus. Primum autem hoc assumendum est: *Deum propterea condidisse mundum*: ut ex duobus primis à se non naturaliter, sed Divina sua virtute procreatis hominibus: mare nimirum uno, & foemina una: certa hominum nasceretur multitudo. Deinde mundum hunc unum esse satis, ad finem hunc consequendum asserimus. Unde liquet non esse plures conditos. Certum enim est, neq; Deum quicquam, neq; naturam frustra facere. Quis vero scis mundum unum esse satis? Quia satis magnus est: & in id tempus hominum protrahi potest procreatio: ut tot nascantur

tur homines: quot nasci velit Deus. Satis autem esse magnum inde liquet: quod in maiorem Deus facere potuerit: si quid huic deesset magnitudini. Materia namque non defuit: quia nulla fuit: hoc est, quia nulla ei fuit opus. Et si qua opus esset ad opus multo maximum, tantam facere nullo negotio potuerit: quantam forte requireretur.

Quare autem Deus unum facere maluit sat magnum: quam plures isto minores? Quia major in unitate est perfectio quam in multitudine. *Vnum enim est infinitum, & verè perfectum.* Si quid autem unum perfectum esse nequeat: id multitudinem compensatur. In Deo unitas est, & infinitas. Utriusque hinc exemplum habemus exemplar. Mundus unitatem eius: homines infinitatem referunt: quorum (si non absolute: nobis tamen) infinita est multitudo: Quæres forte cur tot homines: & mundum unum esse oportuerit: Mundi posita est in unitate perfectio: sed hominum, in multitudine est posita: Miraris. Si plures mundi essent conditi: certissimum foret argumentum, unum satis esse non potuisse. Nam imperfecta sunt: quæ multa sunt. Quare igitur tot oportuit homines procreari? Quia cum substantiæ

P

Materia non defuit: quia nulla fuit: ut mundus hic multo major consideretur.

Quare Deus unum magnum mundum facere maluerit: quam multos paruos. Mundus unitatis Dei: homines infinitatis, sunt exemplar. Mundi posita est in unitate perfectio: sed hominum in multitudine.

*Humana so-
cietas mul-
titudinem
exigit.*

*Et Deum
unum: &
mundum u-
num esse cõ-
venit.*

*Societas nõ-
firam ad fæ-
licitatẽ plu-
rimum con-
fert.*

*Cur homi-
nes ex omi-
nibus gene-
rentur.*

sint finitæ, & intelligentes: majorem ex societate acquirunt profectiõnem & fœlicitatem. Quâ multos frui voluit Deus: ut à multis laudaretur: in multos scilicet effusa ejus insigni beneficentiã.

Unum ergo Deum: & unum esse mundum oportuit. Deum quidem: quod sit infinitus: eiq; desit nihil: ut multitudine id compensari debeat. Mundum vero: quod tantus sit, quantum esse convenit: ut assequatur finem, scilicet ne pluribus sit opus. At homines oportuit esse plurimos. Cum enim finiti sint: unus suam non assequitur fœlicitatem perfectam: nisi quod deest, reliquorum compleat multitudo. Societatis videlicet non minima vis est ad fœlicitatis nostræ profectiõnem. Quæ ut eò quoque major esset: homines ex hominibus voluit Deus procreari. Tot enim ab initio pari potuit facilitate procreare: quâ immensum hunc mundum condidit.

Hæc nostra est demonstratio: cui quid desit: nondum certè video. Qui vero videt: faciat quæso nos etiam posse videre.

CAP. IV.

ADVERSARIORUM SOL-
VUNTUR ARGUMENTA.

JAm ergo paucis etiam ad objectiones respondeamus: quæ docent, non modo multos esse mundos: sed esse infinitos. Una hæc est. *Primum movens potentiam habet infinitam. Infinitos ergo mundos movere potest. Et movet quidem infinitos. Quia in æternis idem est POSSE, & ESSE.* Dicant modò quod volent Peripatetici: nos ita respondemus: & quidem uno verbo. Primum movens est nullū. Cælum namque seipsum movet. Quo detracto fundamento: quicquid ei iuperstructum est, corruiere est necesse.

Altera objectio est. *Spacium corporis capax infinitum est extra hunc mundum. Potest ergo: & ab æterno potuit infinitos capere mundos. Si capere potuit: etiam cepit. Nam in æternis idem est posse, & esse: capere, & posse capere.* Quid hîc Aristoteles? ἀμα ὃ δῆλον, ὅτι εἰδὲ τόπος, ἔτε κενύ. Extra cælum Aristot. negat esse vacuum. Quo fundamento sublato: structura etiam tota corruit. Magnum Aristot. est imperium:

Primum movens totum movet cælum quot movere potest: infinitos ergo movet.

Primum movens est nullum.

1. Cæl. 9. 99:

*Magnam
Aristotelis
imperium est
adversus
vacuum.
Vacuum tol-
lere quid sit.*

*Insanit quis
quis ullum
extra hunc
mundum
negat esse
spacium.*

*Vbi nullus
est locus:
nullum est
vacuum.*

*Nullum esse
corpus quod*

si velit. Magna ejusdem est vis: si possit extra cœlum verbis vacuum tollere. Quid aliud est quæso vacuū tollere: quàm inane spacium replere corporibus? Aristoteles ergo qua voce spacium inane tollit infinitum: eâdem infinitis id replet corporibus: & eorum confirmat sententiam: qui mundos ajunt esse infinitos. At inquit es fortè, non inane modò, sed ipsum etiam spacium tolli: ut extra cœlum: si maximè velit, nullum Deus possit locare corpus. Magna certè Aristotelis est pervicacia: ne quid dicam gravius. Ubi quæso est hic mundus: si tuo non sit in spacio? Quid extra cœlum est: si non sit inane spacium: & tale quidè: quale tum erat hic, ubi nunc mundus est: cum mundus hic nondum esset? Nosne igitur ista credemus: & Aristotelis feremus imperium? Nihil asserit absq; ratione. Quenam ergo ejus est ratio: qua vacuum tollit? *Si locus extra cœlum nullus est: nullum etiam est vacuum. At nullus extra cœlum est locus. Nullum ergo vacuum est.* Ita nos ad sua dogmata alii- gat Aristoteles: quasi mera sint axiomata, vel oracula. Quare autem extra cœlum nullus est locus? Quia nullum est corpus continens. Magnum postulatum est: *nullum esse corpus: quod non sit in loco. Et non esse*

esse in loco: nisi quod sit in alio corpore continens. Quid hoc est aliud quam corporum infinitam inducere multitudinem? Hoc nempe est τὸ περιερασμένον αἰεὶ πρὸς τὸ περιείναι. Si quodvis corpus ab alio corpore continetur: nullum est postremum. Atque ita in infinitum usque erit progressus: & corpora erunt actu infinita. Quòd *quàm sit* absurdum: ex Aristotele satis intelligi potest. Necessè ergo est aliquod esse corpus, quod non sit in alio; ut vel non sit in loco: vel non sit in Aristotelico. Quidni igitur extra mundum possit unum, plurave corpora consistere: licet nullum sit aliud corpus à quo recipiantur? Hoc certe modo totus mundus; vel in loco non est: vel locus in quo est, nihil nisi spacium est inane: quale est extra mundū aliquod aliud infinitum.

Hæc cum ita sint, manifestè apparet, Aristotelem propositam objectionem nullo modò diluisse. Præstent hîc sese viros nostri Peripatetici: qui nos Aristotelicis constringere volunt compedibus. Moveant, motent, currant, cursitent: quærant, quærrent. Nihil tamen apud Aristotelem invenient: quo & ipsum, & seipso hinc liberent.

in corpore non sit: iniquum est postularum.
3. Ph. s. 4.
31.

Aristotelica loci definitio, infinitam invehit corporum multitudinem.

Vel mundus in loco non est: vel spacium inane locus ejus est.

CAP. V.

3. Phys. 4.
32.

*An idem sit
in aeternis
posse, quod
esse.*

*Potentia a-
ternorū est:
at non con-
tingentia.*

*Posse Dei nō
est contin-
gens: sed
creare est.*

*Aeterna
causae sunt
rerū etiam
contingen-
tium.*

*Nihil fini-
tum est a-
ternum.*

NOS interim tentabimus aliquid: dum nos nostri suis ex fodinis dicent Aristarchi. Postulatum est Aristotelicum: *in aeternis idem esse τὸ ἐνδέχασθαι καὶ τὸ εἶναι.*

Quare non δύνασθαι? Non idem certè est posse, & contingere. τὰ ἐνδεχόμενα contingentia nulla sunt aeterna. Sed τὸ δύνασθαι, in aeternis etiam est. Discrimen fortè non intelligis. Deus ab aeterno potentiam habuit qua mundum conderet. Hoc nos δύνασθαι dicimus: quod certè in Deo non est ἐνδεχόμενον. Mundum autem condere, contingens est. Age vero: pro eodem sumatur utrumque. Num ergo verum est, *in aeternis esse, quicquid esse potest?* Nempe si non sint aeterna rerum etiam causae contingentium. Id quod aeternum est, vel nullam habet qua sit, potentiam: vel idem est *Esse ipsum, & posse esse ipsum.* De rebus autem hinc quaeritur, quae non sunt quidem aeternae: sed ab aeternis profluxerunt. Cujusmodi sunt omnes finitae. Nihil enim finitum, aeternum est. Exempli gratia. Mundus ab aeterno non fuit. Corpus hinc finitum est: & ob id est etiam aliquando factum. Et factum quidem est alicu-

aliquas aeternae causae virtute. Nos hanc Deum esse dicimus. Deus ergo potuit mundum condere. Queritur an hanc condendi mundi potentiam semper habuerit. Cave neges habuisse. Nulla namque est ratio, qua vel unde hanc acquirere potuerit. Ipsum eius esse infinitum & aeternum hujusce potentiae causa est: ut non fuerit Deus, quin hanc habuerit potentiam. Quid ergo? An quia potuit: etiam condidit? An non ab aeterno potuit quidem: sed aliquando condidit? Aristotelicum est: neque potuisse: neque condidisse. Voluit enim Aristoteles *Mundum ab aeterno fuisse non aliter, quam nunc sit.* Deus autem mundum jam non condit. Nunquam hic ergo conditus est. Nos aliter philosophamur. Unum est aeternum: non plura. Contingentia sunt plurima: quae cum ab aeterno non fuerint: aliquando esse poterunt. Aeternum autem illud horum causa fuit. Potentiam igitur habuit ab aeterno: qua non aeterna: sed contingentia crearet. Non ergo idem erat ab aeterno, in aeterno Deo *posse creare, & creare.* Creati mundi potentia aeterna fuit: sed creatio mundi non fuit aeterna. Verum itaq;

*Creandimū
di potētiam
ab aeterno
habuit De^o.*

*Aristoteles
Deum ne-
gat vel fecit
se mundum
vel facere
potuisse.*

*Omnia sunt
in tempore
cōtingentia:
qua prode-
unt tamen
ab aeterna
causa.*

Potentia æterna ipsa æternum non est.

est æternorum potentiam, & ipsum eorum esse, idem esse. Neutrum enim est absque altero. At contingentium, sive temporaneorum potentia licet æterna sit, & in æterno Deo fuerit: non tamen ipsum esse eorum fuit æternum. Ita enim contingentium natura, in æternorum naturam converteretur. Hęc cōsiderasse debuit Aristoteli ne absq; omni discrimine sicut illud nimis superbum nobis obtruderet postulatam.

DE MUNDI CONSERVATIONE.

Deus mundum perpetua creatione conservat.

Deum nihil amplius creare.

EGO totus, ita me Deus amet, stupeo: cum lego quæ de mundi conservatione vulgò afferuntur. Ita nempe res à Deo creatas conservari volunt; ut nihil hæc conservatio sit aliud, quàm *prima creationis productio*: cum tamen in sacris literis evidentissima sint testimonia: quibus ostenditur Deum nihil amplius creare: sed sex dierum spatio rerum omnium creationem complevisse: et ab omni opere postea quieverit.

Quod etsi nescio qua distinctione conantur eludere: nihil tamen obtinent. Iamque Ajunt Deum septimo die quiescisse quidem: sed aliis tamen post diebus ad creationem rediisse:

diſſe: propterea quod ſolius ſeptima dici facta ſit in ſacris literis mentio. 2. Respondent Deum ſex diebus omne novum opus abſoluifſe. Poſt vero: & nunc etiam creare quidem: attamen nihil novi.

Ad primam reſponſionem quod attinet: certum eſt die ſeptimo quieviſſe Deum. Quod velim obſervari diligenter: ut intelligatur: *an res à Deo creata non poſſint eſſe: niſi à Deo conſerventur.* Volunt enim *effluxu quodam eſſentia Divina aſiduo res creatas conſervari: ut nihil ſit aliud ipſas eſſe: quam aſidue creari.* Falſum enim hoc eſſe ex Divina quiete ſatis intelligitur: cum die ſeptimo quieverit Deus ab omni opere: neq; tamen quicquam eorum quæ primis ſex diebus fuerant facta, diſperierit. Si potuerunt omnia uno die non conſervata Divinitus, ſalva tamen, & integra perſiſtere: quidni poſt etiam eadem ratione potuerint? 2. Si redierit Deus poſt ſeptimum diem ad rerum prius creatarum conſervationem; quando rediit? Quanta hæc audacia eſt: id aſſeverare quod nullis ſcripturæ testimonijs poſſit confirmari? Quare dicitur ad creationem continuandam rediſſe Deus; quæ ſex diebus completa fuerat? *Secunda reſponſio pariter inanis eſt: & falſum eſt id quod aſſeritur:*

An Deus ad creationem poſt ſeptimum diem redierit.

An res à Deo creata non poſſint eſſe niſi conſerventur.

An effluxu quodam eſſentia Divina mūdus conſervetur.

Die ſeptima Deus non cōſervavit.

Deum poſt diem ſeptimum ad creationem non rediſſe.

*Deum cre-
are quidem:
sed nihil no-
vi.*

*D. Augu-
stinus, cœlū
etiam à Deo
voluit con-
servari.*

*Deum nihil
jam nisi mē-
tes hominū
generare.*

*Deum videlicet creare perpetuo: sed novis non
condere species.* 1. Desiderantur scripturæ
testimonia: quibus ista probetur distin-
ctio. 2. Pugnat hoc etiam cum sententiâ
D. Augustini: qui creationis continuatio-
nem ad ea non modò quæ generantur: sed
etiam ad orbés cœlestes retulit. *Hos enim
nunc etiam creari voluit: quia quod ab initio
temporis à Deo acceperunt: idem nunc etiam
accipiunt.* 3. Etiam ab iis dissentiant:
qui cætera quidem omnia generari cēsent
naturaliter: sed mentem hominis solam à
Deo creari volunt. Ita inter se pugnant:
qui manifestissimis S. Scripturæ testimo-
niis: & firmis rationibus philosophicis
non acquiescentes: nescio quid nulla ne-
cessitate comminiscuntur.

Cum itaque complures excogitati sūt
conservationis modi: seorsim unumquē-
que diligenter examinabimus: ut intelli-
gatur quantū à vero desciverint: qui crea-
tionis astruunt continuationem.

PRIMA SENTENTIA.

Terra quomodo conservetur.

*Conimbric.
colleg.*

S. Physic. 2.

Q. 1. art. 4.

ET enim Deus in prima rerum molitione
terram creavit: hanc vero cœpit mox cœ-
lam, ut & nunc facit suo influxu conservare.
Observa. 1. Quare creationem sex dierū,

primam

primam vocet rerum molitionem. Quid inoliantur fati intelligo : sed quàm rectè, non video. Sex diebus non complevit Deus rerum naturalium creationem : sed ad opus hoc duntaxat est aggressus : & molitus id est, quod post aliquot tandem annorum millibus absolveret. Theologis hoc ego committo discutiendum : an non hæc assertio cum veritate nobis Divinitus revelata velut è diametro pugnet. 2. Quomodo cœli influxu terra conservetur. Quid quæso naturæ terrenæ in cœlis est ? Omnis astrorum influxus ad terræ corruptionem vergit potius, quàm conservationem. Plantarum enim & animalium generationis, & conservationis gratiâ est : quæ variam sequuntur terræ corruptionem. Verum hac de re in Physicis. 3. Hinc apparet terræ conservationem, non esse creationis continuationem. Nihil enim cœlestis creat influxus. Dei namque solus est creatio.

SECUNDA SENTENTIA.

Cœlum quomodo conservetur.

Creatio & rerum creatarum conservatio circa eundem terminum versantur : siqui-

Sex dierum creatio, cur prima sit reru molitio.

An terra cœli conservetur influxu.

Cœli terram corrumpunt magis, quàm servant.

Cœlum nihil creat.

Conimbricæ colleg.

*Dare, & datum conser-
vare, non
idem sunt.
Rerum con-
servationis
modi.*

*An Deus
continuata
creatione
cælum con-
servet.*

*4 Met. 5. 22
Cratylī, &
Heraclitī
sententia, de
assiduo ve-
rum fluxu.*

*Assidua cre-
atio, assidu-
am sequitur
corruptionē.*

*siquidem esse quod Deus creando tribuit: idē
tīdem conservando impertit.* Ratio hæc om-
nes mihi turbat sensus. Quod datur
est semel, non amplius impertitur: nisi quod
dedit, quod dedit, auferat: ut dare denuo
possit. Potest equidem id quod semel est
datum conservari: sed aliter quàm iterata
contributione. Verum ut res hæc bene
discutiatur: modi nobis sunt exquirendi
quibus conservari quid possit. 1. Primus
itaq; rerum est consistentium: quæ seme-
factæ, & completæ alieno conservantur
auxilio. 2. Alter vero modus est eorum,
quæ assiduo essentiæ effluxu sustentantur.
Utro igitur modo corpora cælestia cōser-
vat Deus? Si continuata creatione Deus
cælum tuèri & conservare dicatur: multa
se se offeret difficultas. 1. Cratylī & He-
raclitī sentētia de assiduo rerum omnium
fluxu cōfirmabitur. Quid enim salvum, &
integrum vel temporis momēto persistat,
*si corpora cælestia generentur, & corrumpantur
assidue?* Ita enim necesse est: si semper
creantur: ut quantum adjicitur essentiæ,
tantum antè absumptum sit. Quid quæso
cogitari possit monstrosius? 2. Si perpe-
tuo corrumpitur cælum: in quid corrup-
puit? In nihilum non potest. Solius enim
Dei est ex nihilo facere aliquid: & quod
est, in

est in nihilum cōvertere. 3. Motus localis certus, & firmus: quales sunt astrorum: substantiæ sunt non fientis & fluxæ: sed firmæ, & permanentis. Nihil enim priusquam plenè generatum sit, locò moveri potest. Ob id motus hic inter omnes alios meritò censetur esse postremus. Τῶν ἄδ ἡδ ἡ τελειωμένον ἐστίν. 4. Idem quoq; docet astrorum certa, permanentiq; figura: quæ factarū est, & consistentium: non fientium & fluentium substantiarum. 5. Essentiæ fluxus naturalis est: quod videre est in lumine, calore, suffitu, & odore. Cum mundus tamen Dei voluntarius sit effectus. Fuit enim Deus mundo non existente: & hoc etiam penitus sublato, idem erit Deus qui olim fuit. 6. Hunc essentiæ fluxum excogitarunt Peripatetici: ut modum ostenderet: quo mundum ab æterno Deus facere potuerit. Effectus enim qui tam diu sunt, quàm diu fiunt: semper cum suis causis conjuncti sunt. Igneposito simul & calor, & lumen ponitur. Ita cum Deus ab æterno fuerit: mundum etiam ab æterno fuisse censeat: quadam essentiæ Divinæ fluentis necessitate. Cum vero nobis Christianis constet non fuisse mundum ab æterno: quid causæ est: cur ad hunc essentiæ fluxum confugiamus? 7. Si mundus

Motus localis, rerū est perfectarū.
8. Phys. 7.
58.

57.
*Non fieri
caelum amplius.*

*Mundi non
est naturalis generatio*

Essentiæ fluxum, cur excogitarint Peripatetici

*Ut mundū
fecerit Deus
ab æterno.*

*Ex in corpore
rea substan-
tia nihil ef-
fluit corpo-
rei.*

*Mundus est
ex nihilo fa-
ctus: non
ergo est de-
fluxus.*

*Effluxus pri-
ma non est
generatio.*

*Defluxu
corporeo sub-
stantia om-
nis immi-
nuitur.*

*Externas
Dei actio-
nes non ex-
pediit esse di-
uturnas.*

das essentia Divinae defluxus quidam si
vel corporeus est Deus: vel mundus est in-
corporeus. Omnis enim defluxus naturalis
ejus substantia refert: ex qua protierit.
Proinde non ad mundum: sed ad filium
Dei, defluxus hic essentia referendus est
8. Si mundus essentia Divinae defluxus
quidam esset: non esset *ex nihilo*, sed *ex
omni*: hoc est, essentia perfectissima pro-
ductus. 9. Quaecumque Deus extra se fa-
cit: ea non effluxu fiunt: sed effectione
aliqua: hoc est, ita haec fiunt: ut ante non
fuerint. Nihil autem effluit: nisi quod
ante fuerit. 10. Defluxus omnis aut sub-
stantia est, aut accidentis. Neuter mun-
do competere potest. Non enim acci-
dens est. Substantia vero defluens, can-
minuit ex qua profluxerit. Manifestum
hoc est in suffitu. 11. Quidni vero lon-
ge sit consultius mundum semel esse factum
& completum: quam perpetuo fieri?
12. Ubi scriptum legitur *Deum mundum
facere*? Nostra hoc fert fides: ut credamus
Deum non creare mundum: sed creavit
se. 13. Deus in externis actionibus su-
am non habet felicitatem. Has ergo non
expedit esse diuturnas. *Ἐπιπορὸν ἢ τὸ συνέ-
χες τῆς πίστεως.* Laborem aut tedium
affert effectione assiduitas: qua fi-
quo

quod sit alterius. Idcirco etiam paucis diebus naturam condidit Deus: ne diu in rebus occuparetur alienis.

Quis jam non videat, quàm absurda, & inopia sit nostrorum Peripateticorum sententia: qui ne longè à præceptore suo recedant: nescio quem essentia defluxum excogitarunt: quem mitiori tamen vocabulo dependentiam nuncuparunt, præceptoris sui monitu. ὅθεν καὶ τοῖς ἀλλοιοῖς ἐξήρηται, τοῖς μὲν ἀκριβέστερον, τοῖς δὲ ἀμαυρότερον, τὸ εἶναι τε καὶ ζῆν. Ab ævo cæteris omnibus & esse, & vivere confertur, & ab eo dependet: non eadem mensurâ tamen. ἐκ τοιαύτης ἀρα ἀρχῆς ἦρτηται ὁ ὕψους, καὶ ἡ φύσις. A tali ergo principio cælum & natura pendet. Dictum audio: sed quod dixit Aristoteles, nullo modo explicuit, neq; probavit. In has ergo difficultates suos coniecit asseclas: ex quibus ipsi sese nunquam explicabunt, nisi quem conceperunt errorem agnoscant.

DE ALTERO CONSERVATIONIS MODO.

Rerum autem consistentiû, effectuumque factorum & perfectorum modus alter est conservationis. A priori multis de

Dependentia pro defluxu.

1. Cælor. 9. 100.

Ab ævo sunt, & vivunt omnia.

12. Metæ. 7. 38.

*Mundi cō-
servatio est
περιεργος.*

*Domus fir-
ma ruinosa
præstat.*

causis abhorrent: qui mente sunt saga-
ore. Deum itaq; fatentur sex dierum ip-
cio naturam condidisse, & absoluisse. N-
tamen Deum sinant esse otiosum: ei etia
quod agat, imponunt: & nulla quide
necessitate. Mundum enim Deus, & n-
turam universam ita condidit: ut nul-
indigeat conservatore. Ad hoc ergo p-
mum volumus nobis respondeant: *an m-*
ita factum esse mundum multò sit consulti-
quàm aliter? Si negaverint: facile demo-
strabitur. Quis enim nescit melius e-
perfectum, imperfecto? Quis domu-
benè fundatam, & per se firmiter in mu-
tos annos consistentem ruinosam non p-
rulerit: quæ ruinam brevi data sit: n-
subinde restauretur, & validis extrinsec-
fulcris sustineatur? Tale nobis homin-
isti describunt opus: quando putant m-
dum ne tantillum quidem persistere po-
se: nisi conservetur Divinitus. At quib-
hi moventur rationibus? Miror certè: cu-
res eadè sit evidens. Dicam mihi quid
mentem veniat. 1. *Ortus ista est neces-*
tate. Cum sit mundus ex nihilo factus: n-
poteest quin redeat in nihilum: nisi contin-
tur eadem quâ factus est virtute. 2. *Im-*
um est Deo laudem detrahère conservatio-
Si nihil est aliud: nihil hoc etiam est.

prima

primam ergo rationem ita respondemus: Non idem est si dicas ex nihilo, & ex aliquo factum esse aliquid. Nam quod ex aliquo est factum: id ex seipso potest corrumpi. Quod autem ex nihilo factum est: ex se corrumpi nequit. Inventum hoc miraris. In re facta ex nihilo, nihilum non adest amplius: atq; adeò nihil agit: unde ulla sequatur corruptio, vel mutatio. Sed quod ex aliqua præexistente, & manente materia factum est: hoc in se suæ causam habet corruptionis. Præterea si qua sit in rebus ex nihilo factis ratione originis, necessitas corruptionis: in nihilum hanc esse oportebit. In ea namq; principia omnis est corruptio: ex quibus cōpositum est quiddam. Nihilum si corruptionem inferat: nequaquam tamē hoc facit: ut quod corrumpit in aliqd aliud corrumpatur. Mūndus ergo si ppter originem ex nihilo corrumpatur: in nihilum corrumpi necesse est. In nihilum autem ex seipso corrumpi non potest: ob eam quæ modò exposita est causam. Cumq; seipsum ex nihilo facere non potuerit: etiam seipsum in nihilum redigere non potest. Dei hoc solius est. Nulla ergo est in rebus ex nihilo creatis, ob essentiæ ortum ex nihilo, corruptionis necessitas.

*Id quod ex
nihilō factū
est: ex seipso
corrumpi
nequit.*

*Mundus ex
seipso inni-
bilum cor-
rumpi ne-
quit.*

Q

*Deo laus
maior ex p-
fecta creati-
o. e, quam
ex eisdem
conserva. i-
one debetur.*

2. At neq; ponderis ullius altera est ratio. Non enim est impium, si laudem conservationis Deo non tribuamus: ejus, quæ nulla est, & qua non sit opus. At impium est vel maximè: si Deo laudem perfectæ creationis detrahamus. Imperfecta autem est creatio: si quod factum est, vel per se subsistere & persistere nequeat: vel perficere id non possit: cujus gratiâ factum est.

AN MUNDUS ALIQUA EGEAT CONSERVATIONE.

*Duplex re-
rum corru-
ptibilitas
est conser-
vati. ionis mo-
dus.*

*4 i hys. 13.
128.*

Rerum duplex est ratio, quæ ut esse possint aliquandiu externo egent auxilio. Prima est earum, quæ suum hostem intra se habent: hoc est, quæ suæ corruptionis efficientes causas in seipsis habent: ut si non à quo corrumvantur extrinsecus; ipsæ tamen seipsas perimant. *Φθίρειται ἢ καὶ μηδὲν κινέμενον. καὶ ταύτην μάλικα λέξαν εἰ-
ώστομεν ὑπὸ τῆς χεῖρας Φθορᾶν.* Honestæ est oratio. Tempori tribuitur id: cujus causa ignoratur. Quomodo casum, & fortunâ, hominum improvida peperit inscitia. Ratio altera est eorû, quæ per se quidem persistere possent incorruptæ: sed ita sunt tamè: ut extrinsecus ab aliis possint corruppi. De primo rerum genere meritò dubi-
tatur

- multa incurrunt absurda, p. 144.
2. Secundum arg. motus primus est aternus: unus ergo mundus est, p. 146.
 3. Tertium arg. unius opificis, proximum opus est unum, p. 148.
 4. Quartum argum. Deus mundum fecit necessario, unicum ergo fecit, p. 150.
 5. Quintum arg. una mundi forma est: nempe Deus. Non ergo mundi sunt uno plures, p. 153.
 6. Sextum arg. Aristotelis: Unicum est primum movens, p. 154.
 7. Aristotelica rationis confirmatio Piccolominiana, p. 157.
 8. Objectio: si plures sint mundi: non necesse tamē est eorum plura esse principia, p. 161.
 9. Argumenti quinti capite 5. propositi confirmatio, p. 164.
 10. Septimum arg. plures non sunt mundi: quia neq; ordinati: neque non ordinati, p. 166.
 11. Octavum argum. mundus unus omnia corpora continet, p. 170.
 12. Scheckii arg. primum: omnes omnium mundorum terra ad unum centrum moveri potuerunt, p. 178.
 13. Scheckii argum. secundū: mundi forma non nisi una est: ut motus possit esse causa perpetua, p. 179.

14. Nonum argumentum Piccol. ex mundi fine. p. 184.
 15. Decimum arg. ex variis mundi conditionibus, p. 190.
 16. Undecim. arg. mundi neq. similes, neq. dissimiles possunt esse multi, p. 191.
 17. Ciceronis rationes, p. 193.

L I B. II.

P A R S T E R T I A.

In qua verius demonstratur.

- Vnum esse mundum: non plures, p. 197.
 Cap. 1. Primum argum. mundi neq. finiti neq. infiniti sunt uno plures. Non finiti, p. 198. Non infiniti, p. 200.
 2. Neq. mundum unum esse necessarium conditum, neq. plures. p. 201.
 3. An mundos oporteat esse infinitos: si non sint ab alio facti, p. 202.
 4. An ulem sint in aeternis Esse, & posse, p. 204.
 5. Infiniti non sunt mundi: 1. Quia nullus est, qui factus non sit, p. 207.
 2. Non nisi unum est infinitum, ibid.
 3. finiti non competit infinitis, p. 208. 4. Contradictoria non sunt infinita, ibid. 5. Mundi si uera essent infiniti, p. 209.
 6. Deus non nisi unum mundum creauit. Secundum argum. p. 210. Hinc et uerius argu-

argumenta quinque. 1. Quia mundi finis unitatem exiguit, *ibidem*. 2. Deus cum sit unus & infinitus: unitatis & infinitatis sue voluit exemplar exprimere in uno, & maximo mundo, p. 211. 3. Deus ex mundo suam non habet felicitatem. Quare igitur uno plures creaverit? p. 212. 4. Ut omnium hominum major esset conjunctio: ex duobus duntaxat primis parentibus, omnes oportuit originem ducere, p. 213. 5. Veritas iis competit: que principi rationem habent. *ibidem*.

LIB. II.

PARS QUARTA.

In qua plenius quedam discutiuntur.

Cap. 1. Primum Aristotelis argumentum.

Extra hunc mundum nulla sunt corpora, p. 214.

2. Unum est primum movens. Ergo & mundus est unus, p. 218.

3. Aliis rationibus ostenditur unum esse mundum, p. 223.

Deus non nisi unum mundum fecit:

1. Quia hominum causa fecit: quibus procreandis mundus unus est satis, p. 224. 2. Unum satis magnum maluit facere, quam multos parvos, *ibid.*

3. Societas humana hominum

- auget felicitatem. p. 226.
4. *Adversariorum solvuntur argumenta.*
1. *Primum movens poten. iam habet
infinitam, p. 227.* 2. *Infini-
tum
spacium, capax est infinitorum mo-
dorum, p. eadem.*
5. *Falsum esse postulatum Aristotelis: in
aeternis esse quicquid esse potest, p. 230.*

A P P E N D I X.

De mundi conservatione, p. 232.

F I N I S.



DE MUN-

atur: an scilicet quadam sint, quæ non possint ex seipsis non corrumpi: licet non corrumpantur extrinsecus. Animalium ista videtur esse necessitas. Si res tamen accuratiùs expendatur: facilè quis intelliget, omnem in ipsis etiam animalibus, corruptionem ab externis injuriis procedere. Quod in physicis ostendimus. Magnum autè hoc est imperfecti operis indicium: si quod factum est, ex seipso corrumpatur. Quod si nihil à Deo factum esse judicamus. Fortè nihil etiam natura procreat ejusmodi: licet interdum materiæ vitio generentur animalia, quæ subito absq; externa vi pereant. Quis ergo mundū ita putet esse imperfectum: ut ex seipso non possit non corrumpi?

Haud inficiamur tamen quin mundus sit corruptibilis. Sed dubium est qua ratione & à quo possit corrumpi. *Nos hoc in Dei solius arbitrio positum esse credimus.*

An veto diaboli Deo non prohibente mundum corrumpere possint: quæstio est alio loco discutienda.

Δεῦρ ἄρα.

F I N I S.

Quicquid corrumpitur, ab externo agente corrumpi videtur.

Magna eorum est imperfectio: qua corrumpuntur ex seipsis.




Typographus Lectori

S.

P R I M U M hoc opusculum ad Te prodit ex
Officinâ meâ: quod scilicet et fastidum sit: ut
spero, sic satis correctum. Hoc unicum peccatum
observatum est, dimissâ jam magnâ ejus
parte e manibus: prima et item alterius secun-
di: libri partis notam esse in cōtextu neglectam:
qua tamen ex Indice inferri facile potest: pri-
ma quidem sub initium libri secundi: alte-
rius vero circiter medium pagine 144. Id si
candide interpretaberis, quod rogo, operâ da-
bo, quatum in me est, ut in aliis ejusdem Au-
toris commentariis non vulgaribus (quorum
aliqui hic allegantur, ut de Calo, de Æterni-
tate rerum, de Sectione in infinitum: aliqui
non item, ut de Elementis, de ortu & interitu,
de Meteoris, de Anima, &c.) edendis, simili
Te corrigendi molestia non afficiam. *Bone
vale.*







53
C
49

